si id uolueris exercere uictus ē. Videamus itaq; habitū qualē ē dicat. Aut uirtutis iquit hic habitus animi. Virtus autē qdruplex: iustitia: tēperātia: fortitudo: prudentia. Sed tūc habitus si uirtutē ita uideamus acceptā ut nūq; a semel comparata recedamus. Nā si frequenter sua cuiq; reddamus & aliqui rapiūs iustitiā habitū p intemperantiam nō tenemus: similiter & circa reliq; uirtutes. Ita enim est habitus definitus. Habitū appellamus animi aut corporis constantē & absolutā aliqua in re perfectionē. Absoluta ē ut plena sit: constās ut semp eadem sit: neq; aliquādo a se recedat. & tūc uere habitus. Deinde aut artis inquit alicuius pceptionē: ut puta ego rhetoricā plene qdem noui: sed exercee nolo. Itaq; licet nō exerceā in eo tam q rhetoricā plene noui: habeo oratoris habitum ita & in ceteris artibus plena perceptio habitus est: aut quāuis scientiam. Ars. Scientia. Actus artis. Nō artis. inter scientiam & artē hoc interest. Ars qdem duplex est. una i scientia. alia in actu. Vgē scientia rursus duplex est. Est scientia artis. Est nō artis. Neq; n. aurū gēmas probare artis est aut scire quod milia hominū in illo sint populo quāto spacio hāc urbs ab illa distet. Hāc itaq; scientia ē. sed non artis. Sed qm & artis ē quālibet inquit scientia si plena i nobis fuerit habitus nūcupat. Sed huiusq; de habitu animi. Deinde iquit & corporis aliqua cōmoditas studio & industria cōparata habitus dī ut si corpus palestra roboremus si uelocitatē nobis exercēdi studio comparemus. Verē: & animi. & corporis habitū Cl. i bonis collocat. Quippe hitum dixit ē uirtutem aut artificionē deide aliqua corporis cōmoditatem. Ita & Aristoteles habitū omnem i bonis posuit. cum scdm definitionē possit: & in malis habitus esse. Nam si demus semp opam ut nihil intelligamus studio stulti sumus: erit hic habitus industria cōparatus. Et rursus si exercitiū corporis deuteus studio ibecili sumus. erit æque hic hitus curporis industria cōparatus. Sed nescio quomō recte hitus malorum nō est positus neq; a cicerone neq; ab Aristotele. Nam si hoc ipm nomē aspiciās & eius sonū uideamus habitū dictū esse ab eo quod hēre uoluerimus. Natura aut nostra talis ē: ut nūq; mala uelimus. malorum ergo esse habitus nō uidetur est tamen. Nā & catelinā hitu malus fu. i. malitiā industria sibi cōparauit. Affectio ē aī: aut corporis ex tēpō aliq; de cā cōmutatio: ut læticia: cupiditas: moctus: molestia: morbus: debilitas: & talia: q gñe i eodē repiunt. Habitū ē. dixius que i aīo: siue i corpore alicuius rei pfectionē. At cōtra siue aīo: siue i corpore alicuius rei ichoatio affectio est: quae subito aliqua ratione nascit. mox recessura: ut si qd nobis boni nuntiet: & læti ēe incipiamus si qd uideamus & id ipsum cōcupiscamus: uel aliquid timere incipiamus si moleste fēste oēs animi sūt affectiones. Deide corporis si subito i morbū icidamus si aliqd i nobis debilitetur sed ad tempus post autem sanetur. Hāc itaq; erunt affectiones corporis & reliquae ei similes.

Studium autem est animi assidua & uehemens. Studium est inquit ad aliquam rem assidua & uehemens animi cum magna uoluntate occupatio. Alioquin assidua & uehemens esse non potest si in ipso opere habuerit uoluntatem. Et dat res non quæ studium sunt: sed quarum studium sit: ut philosophiæ: ique non philosophia: aut poetica: aut geometrica litterarum: non poetica: & geometrica litterarum. Itaque si quid uehementer & cum magna uoluntate uolumus studium est. Deinde si id quod uolumus aliqua ex parte consequimur affectio est. Sin autem quod plenum & perfectum est tenemus habitus est. Quod si hoc ipsum plenum: uel semiplenum agendo exerceat uoluerimus erit uictus. Ita unum qualitate diuersa in multa attributa conuertitur. Consilium est aliquid faciendi: aut non faciendi uere excogitata ratio. Quo semper sunt unde dubitamus: & unde consilium est. Aut enim: ut faciamus aliquid querimus. Aut ut non faciamus: Ita & leges quæ consilio scribuntur duo semper hæc continent. Aut fieri iubent: aut fieri prohibent. Sed quia cum de re aliqua dubitamus incerta quedam ratio in ancipiti cogitatione uersatur: Postquam id ipsum statueris erit cogitata ratio: & ideo excogitata: quia fuerat iam ante cogitata ratio. Quid consilium est. Facta autem & casus & orationes tribus ex temporibus considerabuntur. Ex his quoque non minima colligimus argumenta: ut de factis p

sonæ argumenta capiamus de dictis de his quæ ei acciderunt: ut damnum: ut morbus: ut orbitas: & reliqua similia. Verum hæc per tria inquit tempora debemus inspicere. Tunc enim de futuro argumentum possumus facere si ita & ante fuisse doceamus: ut puta quia hoc fecit: hoc facit est: & hoc facturus est. Quia hoc passus est: hoc patitur est: passurus est. Quia hoc dixit: hoc dicit: hoc est dicturus est. huc usque autem attributa personæ. Ac personis quidem hæc uidentur attributa esse. Septem sunt quidem ut diximus elementa unde omnis argumentatio capit ad quæcumque rem. Quis: quod. cur. quando. ubi. quemadmodum. quibus adminiculis. Horum duo prima omnia continent. Nihil autem aliud queritur nisi si quis fecerit & quid factum sit atque hæc ipsa ciceronis propriis & apertioribus: & ad rem uicinioribus nominibus appellauit. Quis enim personam dixit quid negotium uocauit: Ac personæ quidem quæ in pronomine posuimus quæ essent attributa iam dictum est. Nunc ante quæ dicamus quæ negotio attributa sint quid sit ipsum negotium uideamus. Negotium est factum de quo questio est. Verum hoc factum nunc in facto est nunc in dicto nunc in cogitatu. Omne hoc itaque factum de quo questio est negotium appellatur. Ac factorum quidem genera tria sunt. Est factum illud de quo questio. Est factum quod in negotio est quo illud factum de quo questio est probatur. Atque hoc factum tribus temporibus consideratur. Ante. In. Post. Est & tertium genus facti quod extra negotium est ex quo ad id factum de quo questio est trahitur argumentum. ut cluentii factum est iudiciale de ueneno quod occiderit oppianicum. Deinde extra hoc negotium facta eius alia ad argumentum quod proponitur trahuntur. quod multos ante te ueneno necarit. Hoc tertium factum in attributis personæ accepimus facta casus & orationes. Tria itaque genera factorum sunt factum de quo questio est factum quo id factum unde questio est probatur. factum extra negotium: sed ad negotium: itaque factum illud de quo questio est negotium appellatur. Huic negotio quattuor principaliter attributa subiicit: unum quod in ipso negotio est quæ continentia cum ipso negotio appellauit. i. quibus illud factum de quo questio est probatur & quæ ab ipso negotio uidentur nullo modo putasse separari. secundum attributum est in quo illa quæ in gestione negotii sint necesse est uidere. Aliud est enim ipsum negotium. Aliud illa quæ in gestione negotii continentur ut puta occidit negotium est. In ipsis autem negotii gestione illa sunt. Illo tempore occidit. in illo loco occidit. Fuit occasio: ut occideret: & reliqua quæ in gestione negotii continentur. Tertium attributum est quod adiunctum negotio nominatur. Hoc quoque neque negotium neque in gestione negotii. sed extra negotium est. Hoc ab oratore sumitur. cuius assumptione res illa de qua questio est aut similis: aut dissimilis demonstrabitur. Itaque omnia exempla tributa negotio sunt. Sed quoniam extrinsecus ueniunt ad iuncta negotium nominantur. Quare attributum est negotio quod gestum negotium consequitur. Hoc quoque extrinsecus est. non enim in gestione negotii continetur. sed an post negotium contingerit consideratur. ut puta factum milonis hæc res consecuta sunt: ut de eodem facto lege noua senatus tulit. sed quod in appia uia facta esset contra. r. p. facta esse iudicauit. Hæc omnia non in negotio neque in gestione negotii sunt. sed gestum negotium consequuntur. Et quoniam scimus quot attributa negotio sunt: nunc in singulis quæ nobis sint ad argumentum ducenda uideamus. Ac primo illa consideremus quod continentia cum ipso negotio appellantur: sine quibus negotium: & quæ sine negotio esse non possunt. Hæc itaque quinque sunt. Summa ipsius negotii. Summa causa & facti tria tempora. Ante. In. post. quod factum inter genera factorum secundum esse memorauimus. summa negotii talis est. ut patris occisio. Patrem enim occidit negotium est. Negotii summa est ut patris occisio. In hoc de ipsis nominibus de pronuntiatione fiet argumentum si cum quadam admiratione dicamus occidisse patrem sextus roscus dixit. Deinde causa illa est. ut patris occidit quia inimicus fuit. Aut contra quia inimicus non fuit non occidit. Iam post causa facta considerari debemus: quibus illud factum de quo questio est asseramus. Hæc facta per tria tempora.

milis demonstrabitur. Itaque omnia exempla tributa negotio sunt. Sed quoniam extrinsecus ueniunt ad iuncta negotium nominantur. Quare attributum est negotio quod gestum negotium consequitur. Hoc quoque extrinsecus est. non enim in gestione negotii continetur. sed an post negotium contingerit consideratur. ut puta factum milonis hæc res consecuta sunt: ut de eodem facto lege noua senatus tulit. sed quod in appia uia facta esset contra. r. p. facta esse iudicauit. Hæc omnia non in negotio neque in gestione negotii sunt. sed gestum negotium consequuntur. Et quoniam scimus quot attributa negotio sunt: nunc in singulis quæ nobis sint ad argumentum ducenda uideamus. Ac primo illa consideremus quod continentia cum ipso negotio appellantur: sine quibus negotium: & quæ sine negotio esse non possunt. Hæc itaque quinque sunt. Summa ipsius negotii. Summa causa & facti tria tempora. Ante. In. post. quod factum inter genera factorum secundum esse memorauimus. summa negotii talis est. ut patris occisio. Patrem enim occidit negotium est. Negotii summa est ut patris occisio. In hoc de ipsis nominibus de pronuntiatione fiet argumentum si cum quadam admiratione dicamus occidisse patrem sextus roscus dixit. Deinde causa illa est. ut patris occidit quia inimicus fuit. Aut contra quia inimicus non fuit non occidit. Iam post causa facta considerari debemus: quibus illud factum de quo questio est asseramus. Hæc facta per tria tempora.

Ex his prima est breuis complexio totius negotii: quæ summam continet facti hoc modo Parentis occisio. patris proditio: Deinde causa eius summam per quæ & quod ob rem & cuius rei causa factum sit queritur: Deinde ante rem gestam quæ facta sunt continentur: usque ad ipsum negotium. Deinde in ipso gerendo quod actum sit. Deinde quid postea factum sit. In gestione autem negotii quod locus secundus erat: de his quæ negotiis attributa sunt queritur: locus tempus: modus: occasio: facultas: Locus consideratur in quo res gesta sit ex oportunitate quæ uideatur habuisse ad negotium ad ministrandum. Ea autem oportunitas queritur ex magnitudine: interuallo longinqtate: propinquitate soliditudine: celebritate: natura ipsius loci ex uicinitate

ut saepe iam dictum est diuiduntur. ut consideremus quod ante factum sit: quod in re ipsa factum sit. quod postea factum sit. Ut milo quod ante fecit. In senatu fuit. domum uenit. Calceos & uestimenta mutauit. profectus est. Deinde quod fecit in re ipsa. Ad albanum uenit. semper in illum festus est. Tunc ille reiecit penulam de uada desiluit. se defendit. Clodius occisus est. Postea quod fecit profectus est lauiniū. Flamines creauit. propter inuidiam romam cito noluit reuerti. Ergo his factis factum probatur: aut defendit illud quod in gestione est. i. milo clodium occidit. Necesse est itaque hæc quoque in eodem negotio de quo questio est contineri. Frustra enim aliquod factum obiicimus uno nec factum est. nisi eius summam dicamus: nisi causam eiusdem facti doceamus: nisi quod ante quod in re quod postea factum sit demonstremus. Recte ergo continentia cum ipso negotio nominata sunt. Deinde causa eius summam per quam & quod ob rem & cuius rei causa factum sit queritur. Multæ quidem causæ sunt. Nam ut omnia ista nascantur quæ in mundo sunt necesse est causa præcedat. Et hoc ipsum negotium: de quo questio est causa dixit. Verum hæc causa hominis circa festum duplex est: aut enim propter rem aliquam iam ante aio prouisam quodcumque faciamus: & erit causa quæ ratiocinatio dixit: aut subito necessitate aliqua præsentis temporis in factum aliquod præcipit: & erit causa quæ impulsio dixit. Et quæcumque causa ex confessione ueniunt meretur impulsio est. Hæc nunc utramque causam. hic tetigit per quam quod ob rem inquit & cuius causa factum sit queritur. Quod ob rem ratiocinatio est cuius causa impulsio est. In gestione negotii hæc quoque requirenda sunt. In gestione negotii. Locus. Tempus. Occasio. Modus. Facultas. In gestione autem negotii: quod locus secundus erat: De septem elementis persona iam dicta est. Remanent ex: quæ negotio attributa sunt. Quid: cur: quoniam: ubi: quemadmodum: quibus adminiculis. Ex his rursus duo quod & cur. i. factum illud triplex est facti causam continentia cum ipso negotio esse monstrauimus. Res qua quattuor in gestione negotii sunt. Vbi: quoniam: quemadmodum: quibus adminiculis. Addidit Ciceronem quæ occasione de qua post dicemus. Quis: itaque res secundo attributo subdidit locum: tempus: occasionem quod modum facultatem. Et recte hæc in gestione negotii esse dixit. Illa enim superiora quoque summa negotii. summam quod ante factum sit: quod in re factum sit: quod postea factum sit negotium. i. factum illud de quo questio est probatur. Quod si negotium probatur in gestione negotium non sunt. Verum in gestione negotii necesse est. ut hoc rursus quoque sint. locus: tempus: occasio: modus: facultas. et. n. cum dicimus. Milo in senatu: fuit domum uenit: postea profectus est: gestione negotii est quod: sed in ipsa gestione gestione tempus offendimus. i. milonem hora. ix. profectus. Deid cum dicimus uenit ad albanum. Impetus in illum factus est gestione quod est negotii est: sed in ipsa gestione gestione & occasione offendimus quod necesse habuit illac iter faceret: & locum offendimus quod de loco superioribus

re impetus in illum factus sit: & facultates: quod clodius habuit armatos. Ergo gestio negotii sine his quinque esse non potest loco: tempore: occasione: modo facultatibus. Quod si sine his quinque negotii gestio esse non potest: recte hoc in gestione negotii considerare debemus. Locus considerat in quo res gesta sit ex opportunitate qua uideatur habuisse ad negotium administrandum. Ut sciamus quem locum considerandum præcipiat quod sint alii loci uideamus. Ac primum secundum lucretii ceterorumque sententiam. Inane totum locus est: quod inane patet rebus occupaturque ab elementis. Ignis: aere: aqua terra. Ergo hæc elementa in loco sunt. id est in inani. Sed rursus ipsa elementa loci sunt: ut ignis sideribus locus est: aer: aëribus aqua natantibus: terra gradientibus: uel his omnibus quæ in eadem nascuntur. Itaque & terra omnis locus est: & rursus in terra locus est: quod locus nobis non ex eo: quod locus est considerandus est: sed ex eo quod qualis sit: aut ex opportunitate eius. Aliquid in eo: aut fieri potuisse. aut fieri non potuisse doceamus. Hoc itaque si præceptum in loco. qualitatem eius atque opportunitatem nos inspicere atque estimare debere. Necessè est. nos ubique esse. Sed illud ubi sumus quale sit considerandum est. Atque hæc opportunitas loci per multa consideranda est. Nam & magnitudo loci inspicenda est. utrum ibi tot milia hominum coeperit. Deinde interuallum

inspicendum est: ut in quæntiana septingenta milia biduo esse decursa: & quoniam interualli duo præter sunt longinquitate inquit & propinquitate deinde considerandum se motus locus an celebris sit. Deinde natura ipsius loci uidentia rumulosus decliuus planus: saxosus: palustris: siluestris: quæ sit præterea uicinitas eius loci in qua natura sit: ut ibi aliquid fieri potuerit uel non potuerit quod uicinia talis sit uel omnis regio. Etiam hoc inquit in loco considerandum debemus facer an præphanus sit: publicus an priuatus: alienus an ipsius de quo agitur. Quod si ipsius non erit: tunc hoc uiuendum an aliquid ipsius fuerit. Ex his igitur tot opportunitatibus loci multa ad negotium colligere possumus argumenta. Tempus autem id quo nunc utimur. Quod tempus si fuerit necesse est siue ante mundum siue cum mundo. Multi enim naturam mundum: multi naturam non esse contulerunt. Ergo hoc tempus generale: quia nec inicitium nec finem habet eternitas est. Quam præter.

appellant: Verum quoniam hoc tempus definiri difficile est: illud definit quo nunc utimur. Tempus est inquit pars quædam eternitatis. Aut annum aut diurnum: aut nocturnum spatium significans. Ex cursu enim siderum certis temporibus certum nomen impositum est. Septem stellæ septem circulis contra cælum uolunt quæ cum singulari ad id signum unde profectæ sunt fuerit reuersæ certum tempus includunt. Quod si omnes septem simul ad ea signa unde profectæ sunt reuertantur nunc sit illud tempus quod annus magnus dicitur. & necesse est omnia rursus per ordinem suum quæ ante nata sunt renasci. Ergo si ad exordium suum simul omnes stellæ reuertantur annus magnus dicitur. Singularum autem cursus habet tempus suum. Sed omne tempus certis uocabulis non tenet. Nam saturni cursus habet tempus. sed tempus ipsum non habet nomen. Itaque iouis martis ueneris atque mercurii. Solis uero cursus cum se expleuerit annus est. Lunæ cum se expleuerit mensis est. Iam uero & sole supra terras posito diem uocabimus. & sole sub terris posito noctem. Horarum autem. xii. hæc esse origo memorat. Quodam tempore trimegistus cum esset in ægypto sacræ quoddam animal serapidi dicatum cum in toto die duodecies urinam fecisset pari semper interposito tempore per duodecim horas diem dimensum esse contulit. & ex inde hic orarum numerus custodit. Deinde alii dicunt ex quadratura cæli quod secundum musicam rationem in duodecim partes dicitur esse diuisa horas duodecim esse nominatas. Aquam enim per totum diem exceperunt tenuissima cauerna defluentem & hanc maiores nostri in duodecim partes diuiserunt. Ex his partibus horis numerum imposuerunt. Sed iam tempus est ut ad rationem temporis fuerint amur. Quod tempus. id est hoc quo nunc utimur. spatium accipiamus. quod aut in noctibus: uel nocte. aut in anno: aut in mensibus. aut in mense: aut in diebus uel die: aut in noctibus: uel nocte. aut in horis: uel hora: uel momento. Verum hoc tempus nostrum præter in duo tempora diuiserunt. in præteritum & futurum. præter autem esse negauerunt. quod in eo quod præter dicitur siquid iam aliquid ex parte confectum est præteritum sit si quod mox perfici ha-

totius regionis. Ex his etiam attributibus: sacer an profanus: publicus an priuatus: alienus an ipsius de quo agitur locus sit: an fuerit. Tempus autem id quo nunc utimur est: Nam ipsum quidem diffiniri difficile est: pars quædam eternitatis cum alicuius animi mensura diurna uespertina nocturna uel spatii ex certa significatione. In hoc & quæ præterierunt considerantur & eorum ipsorum quæ per uetustatem absoluerunt: ut incredibilia uideantur: & iam in fabularum numerum reponantur: & quæ iam diu gesta & a memoria nostra remota: tamen faciant fidem uere tradita esse quod eorum monumenta certa in litteris existant: & quæ nuper gesta sunt quæ scire plerique possint: & item quæ insistent in præsentia:

beat futurum sit. Ita uirgil. Tot iam uolentibus animis. quod enim uoluit stat: quod non stat præter non habetur. Oratores autem tempus nostrum in tria tempora diuidunt: illud tempus uetus atque absoletum. & antiquum. Deinde in illud quod licet uetus sit a nostra memoria remotum tamen in litteris continetur. Postremo in illud quod nuper gestum est. & cuius de his qui uiuunt plerique meminerunt. Præter uero tempus in duo diuiditur in præteritum: & magis præteritum. Magis præteritum tempus est. ut Nunc nunc in surgite remis. Hoc est quod ait: & ite quod insistent in præsentia: & cum maxime fiant: istans. n. tempus præteritum est: ut ait iuno ad u-

turnam. Cum iam fata turnam teneret atque istantibus eripe fati. Denique sciamus illa præsentia fata dixisse addidit postea tempus quod magis præteritum esset si quod præteritum audes. præteritum tempus duo tempora habere dixerunt præteritum: & magis præteritum. futurum autem tempus in duo diuiserunt: ocius: & serius. id est in id quod mox futurum est: & in id quod tardius futurum est. Atque hæc tria tempora cum partibus suis. hic in hoc attributo: quod de tempore est continentur. Et ite communiter in tempore præteritum longinquitas eius est consideranda. Tempus esse diximus spatium: quod in annis: mensibus: diebus: noctibus horisque uersetur. In hoc igitur communiter tempore longinquitatem eius debemus inspicere. In quo longinquitate duo oportet attendere utrum in illo spacio huius negotii magnitudo potuerit impleri: & utrum tot simul res potuerint effici. Quod. n. in rebus difficile est: aut numero aut magnitudine sit necesse est. Occasio autem est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi oportunitatem. In illa mensura temporis: ex motu cæli facta ex actibus nostris uel ipsius mundi qualitas proueniens occasionem parit faciendi aliquid: uel non faciendi. In tempore. n. mensura ac spatium considerat. In occasione qualitas temporis ex quo oportunitas nascitur faciendi. aliquid uel non faciendi. Hoc itaque inter se distat tempus: & occasio: ge-

neret autem similia sunt. Verum hæc occasio: ut diximus ex actibus nostris: uel ipsius mundi parit nobis ad aliquid oportunitatem. Verum hæc occasio: uel oportunitas in tria genera distribuitur. Publicum commune singulare. Occasio. Publica. Communis. Priuata. Publicum est inquit quod ad totam pertinet ciuitatem: si aut bellum sit: aut ludus: aut aliquis dies festus. In hac utique publica occasione est oportunitas aliquid faciendi: uel non faciendi. Commune est inquit quod ex actibus mundi prouenit: ut si messis sit calor: si uindemia frigus. Singulare autem est inquit quod unicuique potest prouenire priuatum. Si nuptiæ sint sacrificium funus conuiuium somnus & recte in priuata occasione somnum est positum. Non. n. ex necessitate temporis: sed ex corporis atque animi ratione dormitur. Interdum. n. lassus aut mæsti per diem dormimus. Interdum solliciti atque occupati nocte uigilamus. Triplex itaque occasio. publica communis priuata. Ex his occasionibus multa possumus argumenta colligere. Modus autem est in quo quemadmodum & quo animo factum sit queritur. Modum. Ci. diligenter in spexit atque ita definiuit ut nemo unquam. Namque modum in duobus inspicendum docet in modo facti & animo in faciendis: ut si dicas clam est quidem modus facti quod quasi res facti occulte gerat. Verum in eo est & animus faciendis insidiosus latens atque instructus dolis. Ita in eo quod clam dicimus & modus & animus inuenitur. Similiter omnes

modi ex modo facti: & ex animo inspiciendi sunt. Verum in ipso animo duo rursus debemus inspicere prudentiam: & imprudentiam: id est utrum aliquid consilio an animi impulsu fecerit. In his enim causa facti quaeritur: quae duplicem esse supradiximus circa facientis uoluntatem. ratiocinationem scilicet: & impulsione. Ita ratiocinatio erit prudentia animi. Impulsio uero imprudentia. Verum hi erunt ex prudentia modi. clā palā. u. persuasione. Haec oia prudenter admissa sunt: id est ut res fieret consilium an. p̄cessit. Imprudentia porro ad purgationem iungitur: quae pars ueniae est. Cuius purgationis partes tres sunt inspicendae: in scientia: casus: necessitas. In his quoque modis factū quidem manifestū est sed animus inuenit inuitus. Adiungitur ad imprudentiae modos et affectio quae paulo ante personae diximus attributam. Quae affectionem esse diximus animi aut corporis repetita de causa permutationem. Verū hic quoniam in modo animus attendendus est animi solas circa affectionem posuit commutationes. i. molestiam: iracundiam: amorem: Itaque his affectionibus aut imprudens in factū pellitur. & recte imprudens. quippe affectio est repentina aut commutatio. Ergo quod repentinum est prospici non potest. Si prospici non potest imprudentia est. Facultates sunt aut quibus facilius fit aut sine quibus aliquid confici non potest. Facultates Cicero duplici qualitate definiuit duasque illis potentias dedit. ut sit primum genus facultatum illud sine quo aliquid fieri non potest. Aliud quo aliquid facilius compleatur. & enim haec duo prima proponamus sit: non sit. Iam ex eo quod sit rursus duo descendunt. Facile fit: difficile fit. Iam in duobus ponitur facultas. in genere. i. in eo quod sit: & in specie id est in quod facile fit. illud autem quod difficile fit ita potest argumentis torqueri ut illud uideatur esse quod non sit. & ideo in hoc non sunt positae facultates. dupliciter igitur facultates esse tenemus. Primo illas sine quibus aliquid fieri non potest. Deinde illas quibus aliquid completur: ut si quis uelit rhetoricam discere prima erit ei ad descendendum facultas sine qua effici non potest. i. animus ingenium instrumenta artis ipsius & magister. Deinde erunt illae facultates quibus facilius fit si sit doctus & beniuolus magister. Ita & ad mortem facultas sine qua fieri non potest uenenū quae facilius fit uenenū cum poculo. Si autem in pane detur uenenū pars illa est quae difficile fit quae ita potest argumentis torqueri: ut pars illa uideatur esse quae non sit quod quidem Cicero pro Cluentio disputauit cum negauit in pane dari uenena potuisse. Hoc autem scire & tenere debemus etiam tempus: & locum: & caetera praeter modum facultates esse posse si generaliter considerentur non ex specie uel ex opportunitatibus suis. Necesse est enim & quodcumque tempus & quocumque locum fuisse cum aliquid factum est. Alioquin facultas prima non erit faciendi nisi ista sint. Ita Cicero in Rosciana. non potuit inquit occidere patrem Roscium cum absens fuit. Hic argumentum a loco fecit. Deinde ait. Age nunc uideamus reliquas facultates Ergo iam & locus facultas est. Sed facultas si generaliter consideretur. At si opportunitas eius fuerit inspecta tunc ex loco argumenta fumentur. Adiunctum negotio autem id intelligitur quod maius: & quod minus: & quod simile erit. Attributa negotio duo iam transacta sunt. Continetur cum ipso negotio: & illa quae in gestione negotii continentur. Ac prima quidem cum attributis suis persona transacta est: id est quis. Deinde quid & cur continentia cum negotio demonstrauimus. Deinde quando ubi quemadmodum: quibus adminiculis in gestione negotii posita docuimus. Ita septem prima elementa in duobus negotio attributis uidemus inclusa. Nec iam amplius uidetur relictum quod in aliis duobus negotio attributis ad argumentum considerare debeamus idem in his quae adiuncta negotio nominantur: & in his quae gestum negotii consequuntur. Verum in his eadem septem quae & in superioribus considerare debemus. nec aliquid negotium sine his septem elementis unquam poterit inueniri: ut quiuis homo sine liniamentis suis. Itaque cum in nostro negotio ex omni circumstantia argumenta coeperimus: & fides in aliquo claudicari ex alienis argumenta sumenda sunt: quae cum assumuntur: aut fides faciunt: aut augent. Verum haec cum aliena sint: id est extra nostram causam uidentur est qua nostro negotio parte copulatur: quae copulatio respectus dicitur: quem respectum Graeci dicunt. & enim cum etiam ista aliena a negotio septem illa elementa contineant: quae in nostro negotio continentur: non possunt sibi omnia conuenire. Sed quaedam in hoc considerare debemus in alieno negotio: quae per nostrum negotium respiciant: ut praeter

sit quaeritur. Eius partes sunt prudentia & imprudentia. Prudentiae autem ratio quaeritur ex his quae clā palam: u. persuasione fecerit. Imprudentia autem in purgationem confertur: Eius partes sunt inscitia casus necessitas: & in effectioem animi. hoc est molestiam: iracundiam: amorem: & caetera quae in simili genere uersantur. Facultates autem sunt: aut quibus facilius fit: aut sine quibus aliquid confici non potest. Adiunctum autem negotio id intelligitur: quod maius: & quod minus: & quod simile erit ei negotio de

& praecognito copulationis genere ad argumentum nostri negotii facta collatione copulatur. Verum huius respectus non ueni modi sunt. Scilicet ut sit adiunctum negotio nostro: & quod maius est: & quod minus: quod simile: quod aequum: quod disperatum: quod contrarium: & genus: & pars: & euentus. Haec itaque nouem omnia toni & puncti sunt: id est ad aliquid. Itaque quasi semper in binis sunt: & recte. nisi enim ad aliquid nullus potest esse respectus. Itaque cum dicimus maius: tunc intelligimus maius: si minus consideremus. Rursus tunc intelligimus minus si maius consideremus. Ita & reliqua ex aliorum collatione cognoscimus. Verum nunc uideamus quemadmodum hos respectus negotiorum considerare debemus. Maius & minus: & aequum: & ex ui: & ex numero: & ex figura negotii sicut ex statura corporis consideratur. Haec tria: id est maius. & minus: & aequum: & ex ui: & ex numero: & ex figura: uis: quae singulis nominibus: uerbisque constat & persona. Omnis enim res

quo agitur: & quod aequum magnum: & quod contrarium: & quod disperatum: & genus: & pars: & euentus: maius & minus: & aequum magnum ex ui & numero: & ex figura negotii: sicut ex statura corporis consideratur. Simile autem ex specie comparabili: aut ex aequum atque assimilata natura iudicatur.

et omne dictum factumue habet uim suam. etenim si dicas parricidium statim quantum hoc sit: & in qua ui sit animo existimamus. Ita homicidium: adulterium & reliqua facile quid sint: cum fuerit iudicia cognoscimus. Similiter & personae habent uim suam. Etenim cum dixeris Ciceronem statim ex personae uiri consideratione quae in illo uis sit agnosimus. Deinde cum dixeris Catelinam ex consideratione pessimi hominis statim quae in illo uis sit agnosimus. Numerus est cum minus ac maius non ex ui: sed ex rerum uel ex personarum numero demonstramus. Figura est quae in toto negotio consideratur. i. per omnia illa septem elementa: ut consideres quid factum sit quis fecerit: ubi fecerit quae fecerit: quemadmodum fecerit & reliqua quae inquit figura totius negotii ita est ut corporis statura in qua statura oia liniamenta corporis continentur. Itaque ut melius intelligamus notum proponamus exemplum: illud. scilicet quod Ci. negotio suo adiunxit. nam cum Catelina diceret occidendū: ex adiuncto quid maius uel minus est arguuntur collegit: quae utique maius: & minus: & aequum magnum: ex ui: numero: figura: iadudum diximus approbandum. Ita & Ci. an uero. P. Scipio pontifex maximus Tyberium graecum mediocriter labefactate statum reip. priuatus interfecit. Catelinam orbem terrae caede atque incendiis uastare cupientem nos consules perferemus? Hic ex ui rerum intelligimus minus esse statum reip. quae orbem terrarum. deinde similiter ex ui intelligimus minus esse labefactare quae uastare. Ita ex ui personarum: cum graecus & Catelina noia. Catelina magis timedus agnoscit. Praeterea ex numero intelligimus maius esse duos consules quam scipionem. Hic figuram non posuit totius negotii: id est quem admodum occiderit Graecum Scipio: ubi occiderit quando occiderit: unde occiderit. Verum haec quia nihil proderant: praetermisit: atque uno uerbo conclusit: quod ait interfecit: cuius uerbi considerata ui maius esse intelligimus interficere: quam ex urbe eicere. Verum in aliis exemplis & ex figura debet comparatio fieri: ut maius aliquid minus uel demonstrares. Si dicas illud tunc factum est ubi factum est: ita factum est: propterea factum est: & reliqua quae in elementis principalibus continentur. Simile autem ex specie comparabile: cum facimus argumentum ex adiuncto negotio per similitudinem: in ea similitudine qualitas consideranda est. Superiora enim maius: & minus: & aequum magnum ex quantitate cognoscimus: nec putemus hoc esse par: quae simile: & enim par ex mensura definita. & ex comparata utriusque quantitate cognoscimus. Simile autem non in eo quantum sit: sed in eo quale sit attendimus. Ita non ex mensura sit simile: sed ex uultu & superna quadam facie declaratur. Icon. Simile. Parabole. Paradigma. Simile itaque duobus modis considerare debemus in specie formarum: & natura rerum: & scriptores quod arti simile genus ponunt sub similia tria. Icon. i. imaginem parabolae. i. collationem. Paradigma. i. exemplum. Per imaginem simile fit: cum ex simili specie uultus uultibus coparamus: ut os huiusmodi deo similis per collationem similitudinis facimus: cum rerum diuersarum conferimus & copulamus: si specie: sed naturam: ut qualis mugitus fugit cum saucius arat. Taurus. Aut poenog. quilibet in aruis. Saucius ille graui uenarum uulnere peccus: tum demum mouet arma leo hic. n. uir. ut probaret turnum rebus omnibus fractis: non deiecit: sed iratum magis: quae uix creditur negotio suo: fide fecit ex adiuncto negotio per similitudinem: quae sit in parte naturae. Sic inquit & leo magis irascitur postquam fuerit uulneratus. per exemplum autem tunc simile facius: si in exemplo ipso qualitas ostendat. Saepem. n. exemplum in quantitate uersat. i. in ui uel numero uel figura. Inuenit tamen & qualitas sine exemplo: ut Ci. cum circa bellum causarum similitudinem coparat naturas ait ut Helena inquit Troianus: sic tu Antoni huius belli semine fuisti.

Contrarium est quod positum in genere diuerso ab eodē: cui contrarium eē dicitur: plurimū distat: ut frigus: calori: uitā mors. Aristote. opposita genus posuit contrariū disperatum ad aliqd sub oppositis. Contrariū porro Aristo. sic definiuit. Sub eodē genere species multū inter se diuersā hac rōne: ut omnia ad unū illud genus referantur: quod supra oēs res p̄cipales gr̄eci ponūt. i. quod latini ens uocant. i. quod esse possit. Verū contraria tribus modis inueniri possūt: cū aut sub eodē genere species multum inter se distant: aut cum sub singulis generibus diuersis: species etiā diuersae sunt: aut cū duo genera inter se diuersa sunt. Itaq; hic Cicero. in diuersis generibus posita contraria demonstrauit frigus & calorē. His autē genus: q̄litas: sed diuersa. Deinde similiter sub diuersis generibus species longe inter se diuersas posuit. i. uitā & mortem. Vitae autē genus bonū: mortis malum. Itaq; contraria sūt quae se e regione spectāt: & quae ex diuerso posita plena sunt. Sub disparto at Aristote. duas spēs posuit: priuātia & negātia. Priuātia sūt: ut cecitas: infelicitas: uisio & foelicitas habitus sūt: cecitas & infelicitas id agūt: ut priā id qd habuerūt: non hēant. Nunq̄ enim cecitas fiat necesse ē: nisi uisio atē tollat. Nec ē infelicitas: nisi prius foelicitas excludat. Itcirco ergo hac priuātia noiata sunt: q̄ primorū priuationē secūda demonstrēt. Negātia porro sunt q̄ negatione separātur: ut sapit: non sapit: sedet nō sedet. Negatio hic illud agit ut p̄mum neger: nō tamen constituat secundū. nā cum ait nō sedet: solum sedere negat: non tamē cōstituit: utrū stet an ambulet: sed sufficit ei genere q̄ sedeat. Hic at Cicero in desperato sola negātia posuit. i. sapere: non sapere: eē tamen inter desperata & priuātia nosse debemus. Genus est quod partes aliquas amplectit: ut cupiditas. Notū est quid sit genus. i. sub quo multae sunt partes. Partes autē sunt ea quae sub genere sunt. Verū cum de his facimus argumentū ex adiunctis: negotio facimus argumentū. Quoties autem de genere quaestio est ex specie faciendū est argumentū. Quoties de specie quaestio ē: ex genere faciendū est argumentū: ut Cicero cum p̄ Roscio ageret id ē speciem suscepisset. Roscius enim ad filiū species est: Argumentū fecit ex genere: cū dixit tam ferus mors in filiū cadere nō potuisse. Filius enī genus. Roscius species est. Ita & cū de genere q̄stio ē: ex specie colligendū est argumentum: ut si quaeratur an oēs matres amēt filios suos: & tu ex specie facias argumentū. Adeo oēs matres non ament filios suos: ut Medea filios suos ēt occiderit. Ita & in reliqs

Euentus ē exitus alicuius negotii: in quo quaeri solet quid ē quae re euenit eueniet euenturūq; sit. Euentum illum accipiamus: q̄ unicuiq; rei naturaliter ut uidet adiunctus qui re suam: Postq̄ res ipsa contigerit: necesse est consequatur. & tunc uere de euentu facere possumus argumentū si ipse euentus certus sit alioqn se euentum illum accipiamus qui ex casu uenit: fieri inde non potest argumentum qd adiunctum negotio esse possit. Facit itaq; de euentu argumentū: si eum quē probaueris insolentē futurum spondeas arrogante. Ita insolentiae euentū arrogantia doces: quā rursus arrogantia ad odiū causā esse demonstras. Quare hoc in genere ut cōmode quid euenturū sit: ante aīo concipi possit: qd quae ex re soleat euenire considerandū est. Ut inquit ex euentu facile possimus argumenta colligere: p̄mo ipsi nobiscū tractare & cōsiderare debēus q̄s uniuscuiusq; rei eē soleat euentus. & ut sciamus naturalē euentum nō fortuitum nobis considerandū deniq; soleat inq̄ euenire. Consuetudo perpetua ē quod p̄petuum est fortuitū esse non potest. Ergo considerandus nobis erit in rebus singulis certus & naturalis euentus. Quarta autem pars est ex his quas negociis dicebamus esse attributas. Negocio quattuor esse diximus attributa. dictū iam de tribus attributis est. ostendimus quae essent continentia cum ipso negotio in gestione negotii adiuncta negotio. Nunc de his docendum ē quae gestum negotiū consequunt: qd quidem quartū attributum uidet cum ea pte pugnare: q̄ in primo attributo ē post negociū. Scimus. n. qnq; eē in p̄rio attributo. Sumā negocii causam ipsius summā: & factum triplex: ante negocium: in negotio: post negocium.

Hoc extremum factum quod est post negociū uidetur simile esse huic attributo: de quo nunc agimus: quod dicitur consecutio. nam utrūq; post negociū ē. Sed hoc distat q̄ supra post negociū facta illius consideranda sunt de quo agitur. & q̄ aliquid fecisse memorat. hic autē facta consideranda sūt sed extranea. Itaq; consideranda sūt quae gestū negociū consequantur. Haec i duobus semp debemus attendere: in p̄sonis & i natura gesti negotii. In p̄sonis sic. Si aduertamus qd de gesto negotio hoies fecerint: aut senserint: aut iudicauerint: ut de facto Milonis: ut de lege Clodii i natura ipsius negocii sit. Si res illa facta sit: cui necesse sit euentū aliquem eē cōiunctū ut parricidiū furor necesse est consequat. & rursus parricidiū uerisimile nō sit dormisse. Haec. n. gestū negociū consequuntur: quae non in personis animaduersa sūt: sed in natura gesti negotii. In his itaq; duobus & Cicero. aduertenda dixit ea quae gestū negociū consequuntur. Ac primo de p̄sonis. Prius inquit quod factū ē: quo id appellari conueniat. Vtq; hoc cōsequat. res. n. prima est dei nomē. Homo at necesse ē rei nomen ponat. Ita Cicero. de noīe constituendo disputat in diuinatione: Non tam igitur haec accusatio q̄ defēso ē existimāda. Deinde inquit eius facti qui sint principes & inuētores q̄ deniq; auctoritatis eius & inuētionis cōprobatores atq; amuli. Haec quoq; post rem sint necesse ē neq; n. pot inueniri nisi q̄ latet. Est porro qd latet animaduertēdū. Itaq; q̄ fuerint illi qui primi illud fecerint un-

In hac res quaeruntur quae gestū negocium consequuntur. Primū quod factū est: quo id nomine appellari conueniat: Deinde huius facti q̄ sūt principes & inuētores: qui deniq; auctoritatis eius & inuētionis comprobatores: atq; amuli. Deinde & quae ea de re: & aut eius rei sit lex. cōsuetudo: iudicium: scientia: artificii. Deinde natura eius euenire uulgo soleat: an insolenter & raro. Postea homines id sua auctoritate cōprobare: an offendi in his consueuerint: & caetera quae factum aliquod simile confestim: aut interuallo solēt cōsequi. Deinde postremo attendendū ē: nūq; res ex rebus: q̄ sūt positae i partibus hōestatis: aut uti hōestatis cōsequatur: de quibus i deliberatiuo cāz ḡne distinctius erit dicendū. Ac negociis quidem fere res haec: quas commemorauimus sunt attributa:

nunc agitur: q̄ deinde factū probauerit: ac secuti sit: si optimi sūt: laudas factū: si pessimi reprehendis: Cicero. i diuinatione dicit semp hoies nobiles accusasse: & eos cū magno cōmodo reip. magnā semp gloria cōsecutos. Deinde inquit: & q̄ de ea re: aut eius rei sit lex: lex et cōsequit. lex. n. semp in re: q̄ talis uisa ē constituit. Verū qd ait de ea re totū est. Quod ait eius rei pars est. Interdū. n. totum factū aliqua lege: aut damnat: aut absoluit iterdū pars facti. Deinde q̄ ait: cōsuetudo: actio: iudicium: scientia artificii. & haec oia gestū negociū cōsequunt. Nā & cōsuetudo rei iā ante gesta ē. & rursus re gesta solet aliqua actio consequi uel iudicium: ut p̄iudiciū natū eē uideat. Deinde necesse ē ante aliqd fieri ut ex eo scientia consequat uel artificii. Vt haec oia & i personarū actibus prouidenda sunt: ut in negotii ipsius natura iccirco ait. Deinde qd ex natura eius euenire uulgo soleat an insolenter. Aut negotii ipsius animaduertendam eē naturā. i. q̄ soleat euentus factū istud cōsequi: sed hic euentus ab illo euentu: quem in adiunctis negotio demonstrāus: hoc distat. qd ille uentus naturaliter certis rebus affixus ē: & re suā quadā ui ac necessitate consequitur. Hic autem euentus interdum necessarius & naturalis ē: ut parricidium furor: necesse est consequatur. Interdum uariis ut commutabilis: ut amor noceat necesse est: & ut non noceat necesse est. Saep enim malum euentum amor habet: saepe bonum. Denique ut ostenderet Cicero euentum istum ex natura negotii: ita considerandum: ut scias & in contrarium posse conueniri. Deinde inquit quid ex natura eius euenire uulgo soleat: an insolenter & raro uulgo: id est passim frequenter. Ergo firmiter argumentum est: si de quo agimus euentus frequentius consequatur si dicas amor magis noceat. Praeterea hoc sciamus interesse inter istum euentum & illum superiorem: q̄ hic totius negotii euentus ē: ille uero unicuiusq; rei. Ait. n. supra quare hoc in genere ut commodius quid euenturū sit: ante animo concipi possit: quid quae ex re soleat euenire considerandum est. Postea homines id sua auctoritate comprobare: an offendi in his consueuerint. Et hic euentus qui naturam negotii consequitur: qualis apud homines habeatur. i. bonus an malus attendendum ē. Ita & supra dixit attendendum q̄ homines primū fecerint: q̄ deinde comprobauerint: non enim ex eo quia aliquid consequitur argumentū est: sed quia aut bonū aut malū est q̄ consequit: id est

non quia est quod consequitur: sed quia tale est. Ita semper non ex re: sed ex qualitate fit argumentum & cetera: quae factum aliquod similiter confectum: aut ex intervallo solent consequi. Interdum enim uicinius: interdum tardior est euentus: ut puta si quem uolueris occidere uicinus est euentus: ut mox me oderit. Deinde si trado alicui disciplinam tardior hic euentus. Primo enim fortassis offendit: deinde amat ac diligit: deinde postremo attendendum est. Dat postremum breue & commune praecipuum: utrum aliquid honestum sit an utile: in his est considerandum quae gestu negotium consequuntur. Verum quae sint partes honestatis atque utilitatis indeliberatiue conceptis se demonstraturum esse promittit. Ois autem argumentatio: quae ex his locis quos commemorauimus sumitur: aut probabilis: aut necessaria esse debet. Ait supra cum de confirmatione loqueretur. Huius inquit partem certam sunt praecipua: quae in singula causas genera diuiduntur. Verum tamen non incommodum uidetur quandam siluam atque materiam uniuersam ante praecipua & confusa exponere oium argumentationum. Tria nobis in confirmatione traduntur: materia: argumentum: argumentatio. Materiam nobis iam tradidit. i. locum de quibus argumenta caperentur: quos

locos diuisit in attributa personae: & in attributa negotio. Attributa personae. xi. esse dixit: negotio quatuor. Atque horum horum partes enumerauit ac tradidit. Nunc itaque dicitur de argumento: nec nos confundat quod pro argumento argumentationem ponit. Antiqui genus ponebant argumentationem: sub argumentatione uero argumentum & argumentationem. Itaque hoc uerbo communiter uterentur ut pro argumento recta argumentatio diceret. Verum antequam dicamus quae genera sint argumentorum: dicamus prius quid considerare & conferre debeamus ut argumenta faciamus. Secundum Aristotelem decem categoriae sunt: id est decem res in quibus omnia quae in mundo sunt continentur. Harum res una substantia est: reliquae nouem qualitates: id est quae substantiae accidant. Itaque cum res nuda est nihil aliud quam res est. Tunc autem ex ea possumus facere argumentum: si eius qualitates inspicimus. Itaque omnia uerba & nomina habent res suas: habent & qualitates: quae qualitates cum sibi conueniunt faciunt argumentum. Cum non conueniunt non faciunt argumentum. Ut puta: ponamus occidit. Occidit res est huius rei quae sit qualitas attendamus. i. quaedam asperitas: quaedam immanitas. Deinde ponamus inimicum. Rursus inimicus res est. Eius rei porro qualitas simpliciter aspera atque crudelis. Itaque quoniam utraque sibi haec qualitas conuenit factum est argumentum. Ita duae similes qualitates cum fuerint copulae faciunt aliam qualitatem. i. occidit: quia inimicus fuit: quae qualitas est ut argumentum probabile esse uideatur. Ita si dicas: occidit: quia gladio percussit: argumentum est: quia utriusque rei qualitas est similis. Alioquin cum in eo quod occidit: iam nota sit & res & qualitas rei. Deinde ponas uirga: cuius res & qualitas nota est: quoniam similes sibi non sunt istae qualitates coniunctae in unum non faciunt argumentum: si dicas percussit uirga & occidit. Semper itaque non res sed qualitates rerum debemus attendere: atque conferre ut argumenta faciamus. Argumentorum porro genera duo sunt: probabile & necessarium. Probabile est quod uerisimilitudine fide facit. Ut puta: quia inimicus fuit occidit. Verum de probabili post dicemus. Nunc autem de argumento necessario disputauimus. Necessario demonstrantur ea quae aliter ac dicuntur. nec fieri: nec probari possunt hoc modo. Si peperit cum uiro concubuit. Necessarium est inquit quod aliter ac dictum est: nec fieri: nec probari potest necessarium argumentum ad fidem cogit ac trahit. Probabile autem irrepit atque persuadet. Necessarium porro tale est argumentum: si ea proferas: quorum talis sit natura ut sic fieri necesse sit. Si dicas: si natus est morietur: si peperit cum uiro concubuit. Haec necesse est ut se consequantur. quod si necesse habes credere: necessarium factum est argumentum. Illud tamen scire debemus argumentum necessarium penae non esse: solumque esse inter homines probabile. Nempe nobis necessarium uidetur ex uero constare. nam si probabile ex uerisimilitudine uero necesse est necessarium. Inter homines autem uerum latet: totumque suspicionibus geritur ergo necessarium non potest esse argumentum. Sed quantum inter homines potest necessarium quantum secundum opinionem humanam ualet: alioquin secundum christophorum opinionem non est necessarium argumentum: si peperit cum uiro concubuit.

Omnis autem argumentatio quae ex his locis quos commemorauimus sumitur: aut probabilis: aut necessaria debet esse. Etenim ut breuiter describamus: argumentatio uidetur esse inuentum ex aliquo genere re aliqua: aut probabiliter ostendens: aut necessarie demonstrans. Necessarie demonstratur ea quae aliter ac dicuntur: ac fieri: nec probari possunt hoc modo: Si peperit cum uiro concubuit. Hoc genus argumentandi quod in necessaria demonstratione uersatur maxime tractatur in dicendo: aut per complexionem: aut per enumerationem: aut per simplicem conclusionem:

Neque hoc rursus si natus est morietur. nam apud eos manifestum est sine uiro natum & non mortuum. Ergo necessarium illud argumentum est: quod iam opinione persuasum est. Atque ut scias hoc necessarium non esse: oio necessarium ostendit. Cuius et hoc hominibus persuaderi: cum ait necessariae demonstratur ea quae aliter ac dicuntur: nec fieri nec probari possunt. Ergo si probatur iam non erunt necessaria. Quicquid enim probatur potuit & non credi. Itaque necessarium argumentum teneamus illud quod facile potuit persuadere orator. Hoc necessarium tribus modis fieri docet: quos modos in genere dictionis ponit: hic enim iam dictum est: superius in materia locos posuit: de quibus conducta ad argumentationem dictionis nascetur. Fieri itaque necessarium argumentum docet: aut per complexionem: aut per enumerationem: aut per simplicem conclusionem.

Complexio est in qua utrum concesseris reprehenditur in hunc modum. Si improbus es: cur uteris? si probus cur accusas? Enumeratio est in qua pluribus rebus expositis: & ceteris infirmatis: una reliqua necessario confirmatur hoc pacto. Neesse est autem inimicium alicuius causa ab hoc esse occisum: aut metus: aut spei: aut alicuius causa amici: aut si horum nihil est ab hoc non esse occisum. Nam sine causa maleficium susceptum non potest esse: sed neque inimicitiae fuerunt: nec metus ulque: nec spes alicuius commodis: neque ad amicum eius quem mors eius pertinebat. Relinquitur igitur ut hoc non sit occisus. Simplex autem conclusio ex necessaria consecutione conficitur hoc modo. Si uos me istud eo tempore fecisse dicitis: ego autem eo ipso tempore trans mare fui relinquitur ut id quod dicitis: non fecerim: sed ne potuerim quidem facere. at hoc oportebit diligenter uideri ne quo pacto generis hoc refelli possit: ut ne confirmatio modum se argumentandi solum habeat: aut quandam similitudinem necessariae conclusionis. Verum haec argumentatio ex necessaria ratione consistat:

negatio adiuncta copuletur hoc modo. Si ueretur accuses. Quia id non parui auditu æstimat. Deinde si non ueretur accuses: quia non probus est. Ita conuersiōnū euentū accusandum esse asseruit quem aduersarius dixerat non accusandū. Accusatio autem hic non publica est: sed priuata obiurgatio unius uero partis huiusmodi reprehensio est: Cum ex propositis duobus unumquodque frāgitur. Altero enim infirmato uacillat alterū. Si ueretur accusa. facile enim uerecundus ab errore flectetur. Enumeratio uitiosa itelligitur: si aut præteritū q̄dā dicemus q̄ melius concedere aut infirmare aliqd̄ anumeratū. Enumeratio pars necessariæ argumētatiōis est. Hæc cuius modi sit supra diximus. Verum cū ab aduersario proponetur duobus modis poterit rephēdi. Si aut aliquid prætermisū esse in enumeratione doceamus quo p̄ nobis sit aut si omnia quidem enumerata sunt: sed in his aut contrariū ponimus & falsū esse monstramus aut cōfitemur aliquid ita esse & ostēdemus esse pro nobis. Primus itaque modus ubi aliquid præteritū demereamus q̄d prolatur nostræ causæ proficit: ut ē illud de equo quē post aduersariū enumerationem ex hostibus captū eē memorauit: id est ex præda quæ propria cuique non quæ confusis oībus fuerit communiter distributa. Alter est modus rephēsiōis in enumeratione in quo duo respicimus. Vtrū aliquid contrariū poni possit. an aliquid cōfiteamur ex his quæ aduersarius enumerauit p̄pterea q̄ honestum ē. Cōtrarium ponimus si cum aduersarius æquum neget hæreditate uēisse nos hæreditate uenisse doceamus. Cōfitemur autē aliquid q̄ honestū sit: ut si aduersarius dicat. aut insidias facere uoluisti: aut amico morem gessisti. aut cupiditate elatus es nos dicamus amico morē gessisse quod utique in confessione turpe nō est maxime si ea quibus cū hoc positū est cōsideremus. Ita in rephēsiōne enumerationis aut prætermisū aliquid ostēdimus. Quod tamē illatū p̄ nobis sit aut ex omnibus quæ posita sūt nūc aliqd̄ p̄ cōtrarium refutamus: nūc quia p̄ nobis ē cōfitemur. Simplex at̄ cōclusiō rephēdit si id q̄d sequitur nō uideatur necessario cū eo quod ante sit cohærere. Nā hoc q̄dē si spiritū ducit uiuit. Si dies ē lucet: eiusmōi est ut cū priore necessario postenus cohærere uideatur. Hoc at̄ si mater ē diligit filiū: si aliquando peccauit nūq̄ corrigetur: sic cōueniet rephēdi ut demonstratur nō necessario cū prior postenus cohærere: hoc

Si in uerecundum animi possidet ingenium: quid eum accuses: qui id parui auditu existimet hic si ue uereri dixeris siue non concedendum hoc putat ut neges esse accusandum. Quod conuersiōne sic reprehendetur. Immo uero accusandus est. Nā si ueretur accuses nō. n. parui auditu existimabit. Si i uerecundū animi ingenium possidet: tñ accuses: nō n. p̄bus ē. Alterius aut partis infirmatiōne hoc modo reprehenditur. Verū si ueretur accusatiōne tua correptus ab errato r̄cedet. Enumeratiō uitiosa itelligitur: si aut præteritū q̄dā dicemus q̄ uelimus cōcedere: aut infirmum aliquid enumeratū quod aut contradici possit: aut causa non sit quare non honestum possumus cōcedere præteritur q̄dā in eiusmodi enumerationibus. Quoniam habes istū equū aut emeris: oportet: aut hæreditate possideas: aut munere acceperis: aut domi tibi natus sit: aut si horū nihil est surripueris necesse est. Sed non emisti neque hæreditate uenit: neque domi tibi natus est: neque dono accepisti: necesse est ergo surripueris hoc cōmode rephēditur: si dici possit ex hostibus equus ē captus cuius prædæ sectio non uenit. Quo illato infirmatur enumeratio Quoniam id sit inductū quod præteritū ē in enumeratione: altero autē modo rephēditur: si aut contra aliquid dicetur hoc ē exēpli causa: ut in eodem uersemur poterit ostēdi hæreditate uenisse: aut si extremū illud nō erit turpe concedere ut si q̄ cū dixerint aduersarii: aut insidias facere uoluisti: aut amico morē gessisti: aut cupiditate elatus ex amico morem gessisse fateatur. Simplex autem cōclusiō reprehenditur si id quod sequitur nō uideatur necessario cū eo quod ante sit cohærere. Nā hoc q̄dē si spiritū ducit uiuit. Si dies ē lucet: eiusmōi est ut cū priore necessario postenus cohærere uideatur. Hoc at̄ si mater ē diligit filiū: si aliquando peccauit nūq̄ corrigetur: sic cōueniet rephēdi ut demonstratur nō necessario cū prior postenus cohærere: hoc

dicemus q̄ melius concedere aut infirmare aliqd̄ anumeratū. Enumeratio pars necessariæ argumētatiōis est. Hæc cuius modi sit supra diximus. Verum cū ab aduersario proponetur duobus modis poterit rephēdi. Si aut aliquid prætermisū esse in enumeratione doceamus quo p̄ nobis sit aut si omnia quidem enumerata sunt: sed in his aut contrariū ponimus & falsū esse monstramus aut cōfitemur aliquid ita esse & ostēdemus esse pro nobis. Primus itaque modus ubi aliquid præteritū demereamus q̄d prolatur nostræ causæ proficit: ut ē illud de equo quē post aduersariū enumerationem ex hostibus captū eē memorauit: id est ex præda quæ propria cuique non quæ confusis oībus fuerit communiter distributa. Alter est modus rephēsiōis in enumeratione in quo duo respicimus. Vtrū aliquid contrariū poni possit. an aliquid cōfiteamur ex his quæ aduersarius enumerauit p̄pterea q̄ honestum ē. Cōtrarium ponimus si cum aduersarius æquum neget hæreditate uēisse nos hæreditate uenisse doceamus. Cōfitemur autē aliquid q̄ honestū sit: ut si aduersarius dicat. aut insidias facere uoluisti: aut amico morem gessisti. aut cupiditate elatus es nos dicamus amico morē gessisse quod utique in confessione turpe nō est maxime si ea quibus cū hoc positū est cōsideremus. Ita in rephēsiōne enumerationis aut prætermisū aliquid ostēdimus. Quod tamē illatū p̄ nobis sit aut ex omnibus quæ posita sūt nūc aliqd̄ p̄ cōtrarium refutamus: nūc quia p̄ nobis ē cōfitemur. Simplex at̄ cōclusiō rephēdit si id q̄d sequitur nō uideatur necessario cū eo quod ante cessit. Hæc quoque si ex utroque quo cōstat. i. si ex proposito & adiuncto erit necessaria rephēdi oīno nō poterit Est aut huiusmodi. Si dies est lucet si natus est morietur. Vtique hoc ita necessarium est: ut frangi.

Tunc autē simplex conclusio poterit reprehendi: si ostenderis adiunctū non coherere proposito utputa si mater est diligit. Si semel peccauit nunq̄ corrigitur: utique hoc cū adiunctū consideras necessario coherere non posse: necessariū esse non poterit. Eritque potius probabile. Ita necessariū per se constat. probabile multis asseritur argumētis. Hoc autē si semel peccauit nunq̄ corrigeat: multis asserendū est argumētis. Quod uero multis asseritur argumētis necessariū non est. Recte igitur huiusmodi reprehensa conclusio est si formā necessariā: rem uero probabilē cōtinere non stretur. Verū hęc cuncta pręcepta de dialectica traxit: quę magna & difficilis est: de qua si facultas fuerit postea tractatur: se esse promittit. Cum igitur ex his: quę sumuntur aliqd conceditur sic infirmabitur. Omnē argumentationē quatuor modis dixit posse reprehēdi. Si autē supra reprehēdamus: aut cōclusionē: aut si genus ipsum argumentationis uitiosū esse monstrēus aut si contra firmū argumentū aliud nostrū æque firmū: atque firmius opponamus. Itaque iā sumptorū dicta reprehensio est. Sin autē inquit reprehēdi sumpta nō poterit tunc erit reprehēdenda conclusio conclusionē. Itaque hoc animaduertendum est principaliter: ne cū in propositione sit aliud: aut esse possit aliud cōcludatur. Hoc itaq̄ uitium erit dicentis uitium porro: aut apertū aut obscurum. Atque apertum in cōclusionē uitium erit si res cum alia in propositione tenetur: alia omnino res in conclusionē ponatur: utputa si agatur an nescio qui ad exercitū sit profectus & contra eum quis sic uelit argumētari. Si uenisses ad exercitum a tribunis militaribus uisus esses. Non es autem uisus ab his: non es igitur ad exercitū profectus: hic utique apertum uitium est. nam propositio tenet: si uenisses ad exercitum. Conclusio: non es igitur ad exercitum profectus: cum iuxta propositionem debuit concludi: non igitur ad exercitum uenisti. Hoc itaque apertum uitium. In obscuro autē duo nobis attendenda sunt: ne aut ambiguitate propositionis: aut obliuione fallamur. Ambiguitas in propositione talis est. Si indigetis pecuniā: pecuniam non habetis. Nā oīo qui pecuniā non habet: indiget pecuniā. Et ille qui habet: sed maiorem habet desiderat indiget pecuniā. Indigere. n. uolūtatis ē. Hęc itaq̄ propositio ambigua ē. Si indigetis pecuniā: pecuniā non habetis. Huius propositionis quamcunque aduersario propositam conclusionem alterius rei interpretatiōe poteris reprehendere: ut si conclusionē mendicos posuerit. Tu dicas eos qui

genus & cętera necessaria: & oīo omnis argumentatio & eius reprehensio maiorē quā uī continet: & latius patet quā hic exponitur: sed eius artificii cognitio huiusmodi est: ut nō ad alicuius artis partem aliquā adiungi possit sed ipsa separati longi temporis: & magnę atque arduę cognitionis indigeat. Quare illa nobis alio tempore: atque ad aliud institutum si facultas erit explicabuntur. Nunc his pręceptōnibus rhetorū ad usum oratorū nos contentos esse oportebit. Cum igitur ex his quę sumuntur aliqd non conceditur: sic infirmabitur. Cum autē his cōcessis cōplexio ex his non cōficiatur: hęc erūt consideranda: nū aliud conficiatur: aliud dicatur hoc modo: si cum aliquis dicat se profectum esse ad exercitū cōtra eū quis uelit hac argumentatiōe uti. Si uenisses ad exercitū a tribunis militaribus uisus esses: nō es aut uisus ab his: nō es igitur profectus ad exercitū. Hic cum cōcesseris propositionē & assumptionē: cōplexio infirmāda est. Aliud. n. quod colligitur illatū est. Ac nūc quidē quo facilius res cognosceretur perspicuo & gradū uitio pręditū posuimus exemplū: sed sæpe positū obscurius uitium pro uero probatur cū aut parū memineris quod cōcesseris: aut ambiguū aliqd pro certo cōcesseris: ambiguū si cōcesseris ex ea parte: quā ipse intellexeris: eā partē si aduersarius ad aliā partē per cōplexionem uelit: accommodare demonstrare oportebit: non ex eo quod tu cōcesseris: sed ex eo quod ille superserit confici cōplexionē ad hūc modū. Si indigetis pecuniā: pecuniā non habetis: & si pecuniā non habetis pauperes estis: Indigetis autē pecuniā. Mercaturæ enim: nisi ita esset: operā non daretis: pauperes igitur estis, hoc si reprehenditur: cū dicebas si indigetis pecuniā: pecuniā non habetis. hoc intelligebā

pecuniā indigeant nō te mendicos intellexisse sed eos qui cum haberent maiorem tamen pecuniam uellent. Deinde si ille huiusmodi homines in conclusionē posuerit. Tu contra in propositionē dicas te intellexisse mendicos. Ita aduersarii conclusionem propositionis uisā ambiguitate: subuertes. Deinde aliud obscurum uitium est: cum obliuiscimur quid in propositione sit positum: & aliud in conclusionē conficitur utputa si ad illum hęcitas ueniebat: uerisimile est ab illo necatū hic uerisimilitudo posita est. Deinde hanc propositionem pluribus uerbis approbant: scilicet

si propter iopiā in egestate estis: pecuniā nō habetis: & iccirco cōcedebā. Cū autē hoc sumebas: indigetis autē pecuniā: illud accipiebā. multis autē pecuniā plus habere ex quibus cōcessionibus nō cōficiatur hoc. Pauperes igitur estis: cōficeretur autē: si tibi primo quoque hoc cōcessisset: qui pecuniā maiorē uellet habere: cum pecuniā nō habere. Sæpe autē oblitū putat quod cōcesseris: & iccirco id quod nō conficitur quasi cōficiatur in cōclusionē infertur hoc modo. Si ad illū hęcitas ueniebat uerisimile est ab illo hęcitate esse necatū. Deinde hoc approbant plurimis uerbis: post assumūt ad illū aut hęcitas ueniebat deinde infertur. Ille igitur occidit Idque ex his quę superserāt nō cōficiatur. Quare obseruare diligēter oportet: & quid sumatur: & quid ex his cōficiatur. Ipsū autē genus argumentationis uitiosū his de causis ostēdetur si aut in ipso uitium erit: aut si nō ad id quod instituetur: accommodabitur. Atque in ipso uitium erit: si oīo totū falsū erit si cōmūe si uulgare: si leue: si remotū: si mala diffinitio: si cōtrouersū: si perspicuū: si nō cōcessum: si turpe: si offensū: si cōtrarium: si in cōstās: si aduersū. Falsū est in quo perspicue mēdaciū est hoc modo. Nō potest esse sapiēs qui pecuniā negligit. Socrates autē pecuniā neglexit: nō igitur sapiēs fuit. Cōmune est quod nihilo magis ab aduersariis quā a nobis facit hoc modo. Iccirco iudices quia uerā cām habebā breui perorauī. Vulgare est quod in aliā quoque rē nō probabilē si nō cōcessū sit trāsferri possit ut hoc modo. Si uerā causā nō haberet: si uobis iudices nō commisisset. Leue est quod aut post tempus dicitur hoc modo: si in mētē uenisset non commisisset: aut perspicue rē turpē leui tegere uult defensione. Cū te expectabāt oēs florentissimo regno reliqui: nūc desertū ab omnibus sumo periculo solus ut restituam paro. Remotum est quod ultra quam satis est petitur huiusmodi. Quod si non P. Scipio: Corneliā filiam Tyberio Graccho col-

ut memoria propositionis ex animis auferatur. Post assumunt ad illam autē hęcitas ueniebat. Postremo inferunt conclusionem. Ille igitur occidit. Vtique in hac conclusionē obliuio nostra temptatur. Supra enim positum est uerisimile est ab illo necatum. Hic post approbatiōem longissimam propositionis non concluditur. Verisimile est igitur ab illo necatum quod probabile est. Sed ille igitur occidit quod necessarium est: quodque approbabili propositione dissentit. Itaque diligenter debemus attendere ut conclusionem aduersarii aut ambiguitate propositionis cōuertamus: aut quia meminimus quid in propositione sit positum eandem conclusionem falsam esse doceamus. Ipsū autem genus argumentationis uitiosum his de causis ostēdetur. Tertius reprehensio nis modus est: cū ipsum genus argumentationis uitiosum esse monstratur. Verū hoc tenere debemus quod supra sola nuda & generaliter patientia modis suis reprehenduntur. Genus autem argumentationis in causa & in specie positum considerare debemus: quod quidem sumptis suis & forma dictionis quantum in se est integrum est. Sed cū in causa positū quid operetur: attendimus: tunc in eo uitia possumus inuenire. Itaque ipsum genus argumentationis duobus modis uitiosum est. Cum aut in ipso uitium erit: aut cum ad id quod instituit nō accommodabitur. In ipso uitium esse quattuordecim modis

possumus inuenire. Deinde non accommodari ad id quod instituit duodecim modis possumus deprehendere. Quae omnia Cicero partim quia aperta sunt solis propositio- nibus: partim quia obscuriora sunt etiam exemplis propo- suit & explicauit. Nos eadem persequi immo repetere lon- guac superfluum est. Quartus modus erat reprehensionis per quem contra firmam aduer- sarii argumentationem aequae firma aut firmior ponitur. Quare reprehensio pertenuis est: & defectis omnibus ex- tremam necessitate ponenda. Nam & sumpta uera esse con- cedimus: & conclusionem re- cte habitam fatemur & ipsi genus argumentationis uitio- sum non esse concedimus. Sed contra firmam aduersarii argu- mentationem nos quoniam nihil possumus reprehendere aliam argumentationem aequae firmam aut firmiorem propo- nimus. Verum hoc in delibe- ratio genere causae usu pro- uenit: cum aut utile aliquid ad uersario concedimus: sed nos aut utilius aut honestius ali- quid demonstramus: aut hone- stum aliquid aduersario con- cedimus. Sed nos honestius aliquid aut necessarium esse monstramus.

locasset atque ex ea duos filios gracchos procreasset: tanta seditiones natae non essent. Quare hoc incommodum Scipioni ascribendum uidetur. Huiusmodi est illa quoque conquestio. Utinam ne in nemore pelio se- curibus caesae cecidisset ad terram trabes. Longius enim repetita est quam res postulabat. Mala definitio est: cum aut communia describit hoc modo. Seditiosus est is qui malus est aut inutilis ciuius est. nam hoc non magis seditiosum quam calumniae: quam ambitiosum: quam alicuius im- probi hominis uim describit: aut falsum quiddam di- cit hoc pacto. Sapientia est: pecuniae quaerendae intel- ligentia: aut aliquid non graue nec magnum continens sic. Stultitia est immensae gloriae cupiditas. Est haec qui- dem stultitia: sed ex parte quadam non ex omni gene- re definita. Controversum est in quo ad dubium demon- strandum dubia causa affertur hoc modo. Eho tu dii quibus est potestas motus superum atque inferum pa- cem inter se conciliant conferunt concordiam. Perspi- cuum est de quo non est controversia: ut si quis cum Orestem accuset: planum faciat ab eo matrem esse oc- cisam. Non concessum est: cum id quod agitur in con- troversia est: ut si quis cum Vlyxem accuset: in hoc ma- xime commoretur: indignum esse ab homine igna- uissimo uirum fortissimum. Aiaceum esse necatum. Turpe est quod aut eo loco in quo dicitur: aut homine qui dicat. aut eo tempore quo dicitur: aut his qui audiunt aut ea re de qua agitur indignum propter inhonestum uidetur. Offensum est: quod eorum (qui audiunt) uoluntatem laedit: ut si quis apud equites Romanos cu- pidius iudicandi: Scipionis legem agrariam laudet. Con- trarium est: quod contra ea dicitur: quae hi (qui audiunt) fecerunt: ut si quis apud Alexandrum macedonem dices con- tra aliquem urbis expugnatorem diceret: nihil esse crudelius quam urbes diruere: cum ipse alexander thebas diruisset. Inconstans est: quod ab eodem de eadem re diuerse dicitur: ut si quis cum dixerit: qui uirtutem habeat: eum nullius rei ad bene- uiuendum indigere: neget aut postea: sine bona ualitudine posse uiuere: aut se amico adesse propter beniuolentiam sperare tamen aliquid commodi ad se peruenit. Aduersum est: quod ipsi causae aliqua ex parte officit. ut si quis hostium uim & copias: & foelicitatem augeat: cum ad pugnandum mi- lites adhortetur. Si non ad id (quod instituitur) accommoda- bitur aliqua pars argumentationis horum aliquo in uitio

reperietur. Si plura pollicitus: pauciora demonstra- bit aut si cum totum debet ostendere de parte aliqua lo- quat hoc modo. Mulierum genus auarum est. Nam Eri- phila auro uiri uitam uendit. Aut si non id (quod ac- cusabitur) defendet: ut si quis cum ambitus accusabitur manu se forte esse defendet. ut Amphion apud Euri- pidem. Item apud Pacuuium: uituperata musica: sapien- tia laudat. Aut si res ex uitio hominis uituperabitur. ut si quis doctrinam ex alicuius docti uitius reprehendat. Aut si qui cum aliquem uolet laudare de foelicitate eius non de uirtute dicat. Aut si rem cum re ita comproba- bit: ut alteram se non putet laudare nisi alteram uitupera- rit. Aut si alteram ita laudet ut alterius non faciat metum: ut si quis cum aliqui deliberet bellum geratur an non Pacem laudet omnino non illud bellum inutile esse demon- stret. Aut si cum de certa re quaerit de communi instituet ora- tio: Aut si ratio alicuius rei reddet falsa hoc modo. Pe- cuniam habere bonum est: propterea quod ea maxime ui- tam beatam efficiat. Aut si infirma: ut Plautus. Amicum ca- stigare ob meritam noxam: immane est facinus. Verum in- tate utile & conducibile. Nam ego amicum hodie meum non castigabo pro commerita noxa. Aut eadem hoc modo Maximam malum est auaritia. Multos enim magnis in- commodis affecit pecuniae cupiditas: Aut parum idonea hoc modo. Maximam bonum est amicitia. Plurimae enim delectationes sunt in amicitia. Quartus modus erat re- prehensionis per quem contra firmam argumentationem aequae firma aut firmior ponitur. Hoc genus in deliberationi- bus maxime uersabitur. cum aliquid quod contradicatur aequum esse concedimus: Sed id quod nos defendimus ne- cessarium esse demonstramus. Aut cum id quod illi defendant utile esse fateamur. Quod nos dicamus honestum esse demonstramus: Ac de reprehensione quae haec existimaui- mus esse dicenda. Deinceps nunc de conclusione dicemus Hermagoras autem digressionem: deinde postremam con- clusionem ponit. In hac autem digressionem ille putat oportere quandam inferri orationem a causa atque a iudicatione ipsa remota: quae aut sui laudem: aut aduersarii uitu- perationem continet: aut in aliam causam deducit: ex qua confirmatio: aut reprehensionis non ar- gumetando: sed augendo per quandam amplificationem. Haec si quis partem putat esse orationis sequatur licebit. Nam &

Verum nunc transit ad con- clusionem: id est sextam eadem que extremam partem totius ora- tionis. Quo loco Hermago- ras digressionem supponit: id est orationem in qua praeter controuersiam causae aut laus nostra: aut aduersarii ui- tuperatio contineat aut quae ad aliam rem transitum faci- at: non per argumentationem sed per amplificationem. Haec Tullius non partem oratio- nis uult esse: sed in omnibus orationis partibus insertari ac subiici posse declarat ut certis locis post rem aliquam probatam: aut amplificatio- nem aliquam subiicias: aut laudem: aut uituperationem. Itaque non digressionem sex- to loco: sed conclusionem. Tul- lius ponit. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis. Conclusio est inquit finis ac terminus orationis sed totius orationis nos epi- logos accipiamus. Huius con- clusiones partes sunt tres enu- meratio indignatio: conquestio. Verum hoc distant: quod indignatio & conquestio tantum animos mouet diuerso tamen exitu: nunc uero ira- cundia contra aduersarios comouentur: nunc misericordia circa nos. Enumeratio uero & animos mouet & fidem fa- cit. nam cum repetit quae dicta sunt fidem cum uero omnia coaceruat & colligit ani- mos mouet. Haec enumeratio non semper uniformiter ea quae dicta sunt colligere de- bet. Ne cum odiosum: tum etiam quod maxime contra- rium est fieri uideatur ex arte. Itaque supra dictorum repe- titio uitanda est. Variatur au- tem modis quattuor: si aut

eas res quas ante dixisti breuiter perstringas & colligas: quod quidem factum facile est: aut si in memoriam audientium reuoces quas partes in partitione proposueris & quibus rationibus unam quamque partem confirmaris. aut si interrogas iudices quid amplius uelint cognoscere cum hoc & hoc docuerimus: cum hoc & hoc planum fecerimus. Atque hæc nunc per nostram argumentationem repetitionem uel confirmationem. Nunc etiam aduersorum argumentationum reprehensionem. Deinde hæc ipsa enumerationum genera non semper a nostra persona facienda sunt sed nunc a nostra: nunc a supposita nunc a re. A nostra persona: quemadmodum accipiat orationem in promptu est. Suppositæ autem personæ accommodat oratio: si dicas nã si legis scriptor assistat: & querat a nobis: quod dubiteris quod possitis dicere cum uobis hoc & hoc sit demonstratum. Re etiam sic accommodatur oratio: si aut lex: aut locus: aut urbs aut monumentum aliquid accipiat orationem per enumerationem sic. Quod si leges loqui possent: nonne hæc apud nos quaerent. Quid nam amplius desideratis iudices cum uobis hoc & hoc planum factum sit. Verum etiam in his enumerationibus: quæ aut suppositæ personæ aut rei datur. Ita ut in nostra persona illa omnia enumerationum genera uariata sunt ut nunc singulatim singula no-

augendi: & laudandi: & uituperandi præcepta a nobis partim data sunt partim suo loco dabunt. Nobis autem non placuit hæc parte in numero reponi: quod de causa digredi nisi per locum communem displicet. Quo de genere posterius est dicendum. Laudes autem & uituperationes non separatim placet tractari sed in ipsis argumentationibus esse implicatas. Nunc de conclusione dicemus. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis. hæc habet partes tres enumerationem: indignationem: cõquestionem: Enumeratio est per quam res dispersæ & diffusæ dictæ unum in locum cogunt: & reminiscendi causa unum sub aspectum subiiciunt: hoc si semper eodem modo tractabitur perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intelligitur. Sin uarie & societate: & hæc suspiciõem uitare poterunt. Quare tunc oportebit ita facere ut plerique faciunt propter facilitatem singulatim unamquamque rem attingere: & ita omnes transire breuiter argumentationes: tunc autem id quod difficilius est dicere: quas partes exposueris in partitione: de quibus te pollicitus sis dicturum & reducere in memoriam: quibus rationibus unamquamque partem confirmaris: tum ab his quæ audiunt quaerere quid sit quod sibi uelle debeant demonstrari hoc modo. Illud docuimus. Hoc planum fecimus ita simul & in memoriam redibit auditor & putabit nihil esse præterea quod debeat desiderare atque in his generibus ut ante dictum est: tunc tuas argumentationes transire separatim: tunc id quod artificiosius est cum tuis argumentationes contrarias coniungere. & cum tuas dixeris argumentationes: tunc contra eas quod afferet quæ admodum dilueris ostendere. Ita per breuem comparationem auditoris memoria & de confirmatioe & de reprehensione reintegrabit. Atque hoc aliis actiois quoque modis uariare oportebit. Nam ex tua persona tum enumerare possis ut quid & quo quoque loco dixeris admoneas tunc uero per sonam aut rem aliquam indicere: & enumerationem ei totam attribuere: Personam hoc modo. Nam si legis scriptor existat & querat sic id a uobis quod dubitetis quod possitis dicendum nobis cum hoc & hoc sit uobis demonstratum. Atque hoc ite ut in nostra persona licebit alias sigillatim transire omnes argumentationes alias ad partitiones singula genera referre alias ab auditore quod desideret quaerere alias hæc facere per comparationem suam: & contrariam argumentationum. Res autem iduceat si alicui rei huiusmodi legi: lo-

co ut urbi: munimento attribuet oratio per enumerationem hoc pacto. Quod si leges loqui possent nonne apud uos quaerent. Quidam amplius iudices desideratis cum uobis hoc & hoc planum factum sit. In hoc quoque genere omnibus eisdem modis uti licebit. Cõe autem præceptum hoc dat ad enumerationem: ut ex unaquaque argumentatione: quam tota ite dici non potest id eligat quod erit grauissimum: & unumquoque quod breuissime traseat ut memoria non oratione renouata uideat. Indignatio est oratio: per quam cõficiunt ut in aliquem hominem magnam odium: aut in rem grauis offensio cõcitet. In hoc genere illud partim intelligi uolumus posse omnibus locis: his quos sic confirmat præcepto possumus tractari indignationem. Nam ex his rebus quæ personis: aut negociis attributæ sunt: quæ uis amplificatioes nasci possunt: sed tamem ea quæ separatim de indignatione præcipi possunt consideremus. Primus locus sumit ab auctoritate cum memoramus quædam curæ res ea fuerit diis immortalibus aut eis quorum auctoritas grauissima debeat esse quæ locus sumit ex sortibus oraculis uatibus ostentis prodigiis responsis: similibus rebus. Item ex maioribus nostris: regibus ciuitatibus: gentibus: hominibus sapientissimis: senatu populo: legum scriptoribus. Secundus locus est per quem illa res ad quos pertineat cum amplificatioibus per indignationem ostendit aut ad omnes: aut ad maiorem partem: quod atrocissimum est: aut ad superiores quales sunt hi quorum ex auctoritate indignatio sumit quod indignissimum est: est aut ad pares anio fortuna corpore: quod iniquissimum est: aut ad inferiores: quod superbissimum est. Tertius locus est: per quem querimus quod nã sit euenturum: si idem ceteri faciunt: & simul: ostendimus: si cõcessum sit multos æmulos eiusdem audaciæ futuros ex quo quod mali sit euentus: demonstrabimus. Quartus locus est per quem demonstramus multos alacres expectare quod statuatur ut ex eo quod uni cõcessum sit sibi quoque tali de re quod liceat intelligere possit. Quintus locus est per quem ostendimus ceteras perperam constitutas intellecta ueritate cõmutatas corrigi posse. Hæc eest res quæ si semel sit iudicata neque alio iudicio cõmutari: neque ulla potestate corrigi posse. Sextus locus est per quem cõsulito: & de industria factum ostendit & illud adiungit: uoluntario maleficio ueniã dari non oportere: imprudentiã cõcedi non unquam cõuenire. Septimus locus est per quem indi-

stra argumenta percurantur: nunc partitionis promissio suis rationibus exequanda sit nunc interrogatio: an iudices facienda nunc & nostrorum & aduersariorum argumentationum copulata collatio. Commune autem hoc erit in enumeratione præceptum: ut ex unaquaque argumentatione quoniam tota non potest recenseri: unumquodque quod ualidum est deligatur ut memoria remouetur: non omnis repetatur oratio. Indignatio est oratio per quam conficitur: ut in aliquem hominem magnam odium aut in rem grauis offensio concitetur. Indignatio & cõquestio tantummodo motus excitant ad iracundiam: uel odium indignatio ad iram ad misericordiam conquestio. Quæ utraque hisdem locis sumi poterit: quibus argumentatio cuncta consistit: id est ex attributis personæ: & attributis negotio ex his enim & fides comparatur & cumulus. Verum indignatio propria ueluti accusatoris est ut iram in reum suscitaret. Cõquestio autem ueluti propria defensoris est: ut in reum suscitaret miserationem. Sed cum indignatio uel cõquestio apud personas agentium proprietate præualeant. Vtrunque tamem ab utroque faciendum. Nam & accusator iram in reum miserationem uero pro se suscitare debet: & rursus defensor miserationem pro se: iram uero in accusatorem suscitare debet. Hoc ita faciendum quæ admodum etiam ab utroque & proprie argumentationes confirmantur & aduersariorum reprehenduntur. Verum cum indignationi & cõquestioni iam dederit generale atque commune præceptum quod ex attributis personæ uel negotio summi possunt. Dat tamen singulis proprios locos indignationi quindecim

Cōquestioni sedecim: nec nos locorum ipsorum ordo moue at quod in quosdam numeros ordinantur nulla etenim etiā ipso ordine rerum auxesis est. nullus gradus ad maius aut ad minus. Sed iccirco locis ipsis numerus datus est quia melius & tenentur sæpe præcepta nullamq; recipiunt confusionem si ad ad memoriā numeris collocentur quanquam indignationis primum locum recte sū pserit q̄ ex rebus omnibus a numeribus traxit exordium: Sed ut diximus in hoc locorum numero rerum ordinem nullo q̄ ramus sed ex more manifestioris præcepti factum esse meminimus iam ipsi loci diligēter inspicientibus manifesti sunt: id est res que præcipiuntur facile perspicui possunt. Illud tamē præceptum tenere debemus siue in indignatione: siue in conquestione nos locis omnibus uti non oportere: sed his quos causa suggerat: neque his omnibus sed quo ad iudicantium animi moueantur quod si etiā uno aliquo loco factum uiderimus orationem continuo finire debemus. Ita enim uel lachrymæ dum incipiunt ac recētes sunt plurimum ualent. Cōquestio est oratio auditorum misericordiam captans. Diximus conquestionis opus hoc esse ut animos iudicantium ad misericordiam moueat. Huic aut dat proprios locos sedeci in quibus ut diximus non erit nobis rerum ordo quæredus

mur quod tetrū crudele: nefariū tyrannicū factū esse dicemus per uim manum opulentam quæ res: ab legibus ab æquali iure remotissima sit: Octauus locus est per quē demonstramus nō uulgare: neq; factitatū esse neque ab audacissimis qdē hominibus id male factum de quo agit: atq; id a feris hominibus & a barbaris gētibus & inmanibus bestiis esse remotū. Hæc erūt: quæ in parētes: liberos cōiuges: cōsanguineos: supplices crudeliter facta dicunt: & deinceps si qua pferātur in maiores natu: in hospites: in uicinos: in amicos in eos quibus cū uitā egeris. in eos apud quos educatus sis: in eos a quibus eruditus: in miseros mortuos in misericordia dignos in homines claros nobiles: & honore usos: in eos qui neq; lædere aliū: uel defēdere potuerūt ī pueros: senes: mulieres: quibus ex oibus acriter excitata indignatio: sūmū in eū q̄ uiolarit horū aliquid odiū cōmouere poterit. Nonus locus ē per quē cū aliis quæ cōstāt eē peccata: hoc de quo quæstō est cōparat: & ita per cōtētiōem quāto atrocius & indignius sit id de quo agit ostēdit. Decimus locus est per quē oīa quæ ī negotio gerēdo acta sūt quæq; post negociū cōsecuta sūt cū uniuscuiusq; indignatiōe & criminatione colligimus & res uerbis quā maxime ante oculos eius apud quē dicitur ponimus: ut id quod indignū est perinde illi uideat indignū: ac si ipse interfuerit: ac presēs uiderit. Undecimus locus est per quē ostēdimus ab eo factū in quo minime oportuerit: & a quo si alius faceret proiberi cōueniret. Duodecimus locus est per quē indignamur: quod nobis hoc pmū acciderit: nec alicui unquā usu euenerit. Terciusdecimus locus ē si cū iūria cōtumelia iūcta demonstrat p quē locū in superbiā & arrogatiā odiū incitat. Quartusdecimus locus ē per quē petimus ab his qui audiunt ut ad suas res nostras iniurias referāt si ad pueros pertinebit de liberis suis cogitēt si ad mulieres de uxoribus si ad senes de parētibus aut patribus. Quintusdecimus ē locus: per quē dicimus inimicis quoq; & hostibus ea quæ nobis acciderint: indigna uideri sole re & indignatio quē his fere de locis grauissime sumet. Cōquestionis at huiusmodi de rebus ptes petere oportebit. Cōquestō est oīo auditorū misericordiam captā In hac pmū animū auditoris mitē & misericordē cōfi

cere oportet: quo facilius cōstōe cōmoueri possit. Id ex his locis cōibus efficitur oportebit: p quos uis fortunæ ī oēs & hominū infirmitates ostēdit qua ratiōe habita grauius & sētētiōse maxime demittit animus hōinū & ad misericordiam cōparat cū in alieno malo suā infirmitatē cōsiderabit. Deinde primus locus est misericordiam p quē prius quibus in bonis fuerint & nunc p quē quibus in malis sit ostēdit. Secundus q̄ in tempora distribuit: p quē quibus in malis fuerint: & sint: & futuri sint demonstrat. Tertius p quē unū quoq; deplorat incōmodū ut ī morte filii pueritiæ: delectatio: amor: spes: solatiū: educatio & si qua simili genere quolibet de incōmodo p cōquestionē dici poterunt. Quartus est p quē res turpes & humiles & illiberales pferunt & indigne ætate genere: fortūa: p̄stino honore: beneficiis quas passi perpeffuriue sint. Quintus est p quē oīa ante oculos singulatim incōmoda ponentur ut uideat is qui audiet uideri. & re quoq; ipsa quasi adsit non uerbi solū ad misericordiam ducatur. Sextus per quem præter spē ī miseris demonstratur esse: ut cū aliquid expectaret: non modo id non adeptum esse: sed in miseras summas incidisse. Septimus per quem ad ipsos q̄ audiūt similitudine cōuertimus & petimus ut de suis liberis aut parentibus: aut aliquo q̄ illis carus debeat esse nos cū uideant: recordentur. Octauus p quem aliquid dicitur esse factū quod nō oportuerit aut nō factū quod oportuerit hoc modo. Non affui nō uidi nō postremā eius uocē audiui: non extremū eius spiritū excipi. Itē in manibus inimicorū mortuus est: hostili ī terra turpiter iacuit: ī sepultus a feris diu uexatus cōmuni quoq; honore in morte caruit. Nonus p quē oratio ad multas & expertes res animi refert ut si equū domū: uestē sermonem alicuius accomodes: quibus animus eorū: q̄ audiūt & aliquē dilexerūt uehemēter cōmouet. Decimus p quem inopia: infirmitas solitudo demonstrat: Undecimus p quē liberorū aut parētū: aut sui corporis sepeliēdi aut alicuius rei eiusmodi cōmēdatio fit. Duodecimus p quē distiunctio deplorat ab aliquo: cū deducaris ab eo q̄ cū libētissime uixeris ut a parēte: ut a filio: ut a fratre: ut a familiari. Tertiusdecimus p quē cū indignatiōe cōquerimur. quod ab his a quibus nō cōueniāt male tractemur: p̄p̄inquis amicis: quibus benefecerimus: quos auditores fore putaremus: at a quibus idignum est: ut seruis libertis: clientibus: supplicibus. Quartusdecimus: q̄ p obsecratiōem sumit in quo oratur modo illi q̄ audiūt humili & supplici oratiōe ut misereant

Sed quicunque locus ad misericordiam efficiendam pro negotii qualitate sumendus. Hoc autē scire debemus esse multos communes locos & indignationi & conquestioni: & recte. Neq; enim iudex potest nobis præbere misericordiam: nisi ira in aduersariorum consequatur aut nasci poterit aduersario nisi in hoc ipso nobis animum præbeat misericordem.

C **Rotoniata** quondā cum florent omni-
bus copiis & in Italia
cum in primis beati numerarē
tue templum Iunonis: quod re-
ligiosissime colebant egregiis
picturis locupletare uoluerūt.

Omnis præfatio quasi simili-
tudo est ante id quod dicturi
sumus. Ita in ea semper simili-
tudo captanda est: quāquā sæ-
pe ad hoc deducitur: ut simili-
tudo tollatur: unde siue futura
similitudo est: siue nō in eo: ad
quod præfatio præparat: ani-
maduertendū semper est: utrum
etiā toto similitudo præfatiōis
paretur: an in partibus: an in p-
te: frequēter enim cūcta cōueni-
unt: frequēter diuersis in præ-
fatione positis cū ea re: ad quā
præfatio ducitur, quædā in præ-
fatiōe similitudo cōferat: hic ad
quod ducit præfatio: illud est
ex multis artium scriptoribus e-
lecta multa & ad unā quā scri-
bit artē quo pulchrior reddere
tur præcepta ex multis multa
collecta: huic igit rei præfatio
silla est: **Zeus** pictorē nobilē
helenæ simulachrū pinxisse:
sed cū cōductus & in unū uoca-
tis quinque uirginibus quicquid
eēt pulcherrimū delegisse: hoc
ut pspici licet in summa cōuenit
quia hic & ille multa de multis
Verū præfert Tullius opus su-
um quod magis multa ipse si quē
præteriti temporis scriptores
& præteriti iudicio habuit: &
nō unius ciuitatis nec unius lin-
guæ. Quippe cū & græcos &
latinos. At uero **Zeus** ex una
ciuitate & ipsius tēporis eligē-
di habuit facultatē. **Crotonia-
ta** quondā cū florēt: si ptibus
cōductis tota conueniunt: pul-
chra semper & præcipua præfa-
tio esse dicet. **Crotoniata** ro-
māi sūt: cū florēt oibus copiis
romanis cōuenit. Itē conuenit
& in Italia cū in primis beati
numerarēt. Iunonis uero tē-
plū quo locupletare egregiis pi-
cturis uoluerūt. Sic & eloquē-
tiæ uel facundia tēplū. **Zeus**
& Tullius cū multa. dicēdi ge-

Quintusdecimus per quē non nostras: sed eorū quō no-
bis cari debēt esse fortunas cōqueri nos demonstramus
Sextusdecimus est per quē animū nostrū in alios mise-
ricordē esse ostēdimus & tamē amplum: & excelsum
& incōmodorū patiētē esse & futurū si quid acciderit d-
monstramus: nā sæpe uirtus & magnificētia: in qua
grauitas & auctoritas est: plus proficit ad misericordiā
comouēdā: quā humilitas & obsecratio. Cōmotis autē
animis diutius in cōquestiōe morari nō oportebit.
Quēadmodū enim dixit rhetor. Appollonius: lachry-
ma nihil citius arefcit. Sed quoniā satis uidemur de
omnibus ptibus oratiōis dixisse: & huius uoluminis
magnitudo longius processit: quæ sequuntur deinceps
in secundo libro dicemus.

Explicit liber primus. Incipit Liber Secundus.

ROTONIATAE quondā cū flo-
rerēt omnibus copiis: & in Italia cū
in primis beati numerarēt: tēplū
Iunonis (quod religiosissime colebāt)
egregiis picturis locupletare uoluerūt. Itaque Eracleotē
Zeus in quo tū longe cæteris excelere pictoribus existia-
bat: magno precio adibuerūt cōductū. Is & cæteras quō
plures tabulas pinxit: quarū nōnulla pars usque nostrā
ad memoriā propter fani religionē remansit: & excel-
lentem muliebris formæ pulchritudinē muta in se
se mago cōtineret Helenæ se pigere uelle simulachrū
dixit. Quod Crotoniata quō eū in corpore muliebri pi-
gendo plurimū aliis præstare sæpe accepisset libēter
audiuerūt. putauerūt enim si quo in genere plurimū
posset. in eo magnopere elaborasset egregiū sibi opus
in fano illo relictū. neque tamē eos illa opinio fefellit.
Nā **Zeus** ilico quasi uit ab his quas nā uirgines for-
mosas haberēt. Illi autē statim hominē deduxerūt in pa-
lāstrā: atque ei pueros ostēderunt multos magna præ-
ditos dignitate. Etenim quodam tempore Crotonia-
ta multum oibus corporis uiribus & dignitatibus an-
te steterūt: atque honestissimas egymnico certamiē ui-
ctorias domum cum laude maxima retulerunt. Cum
puerorum igitur formas & corpora magno hic opere
miraretur. Horum inquit illi sorores sunt apud
nos uirgines. Quare quæ sint illarū dignitate potes ex
his suspicari. Præbete igit mihi inquit quæso ex istis

uirgibus formosissimas: dū pingo id quod pollicitus
sū: uobis ut mutū in simulachro ex animalis exemplo ueritas
transferatur. Tūc crotoniata publico de cōsilio uirgi-
nes locū in unū cōduxerūt: & pictori quas uellet eli-
gendi potestātē dederūt. Ille autē quinque uirgines dele-
git: quarum noia multi poetæ memoriæ tradiderūt
quod eius essent iudicio probatæ. qui pulchritudis ha-
bere uerissimū iudiciū debuisset. Neque eim putauit
oia quæ quæreret ad uetustatē uno in corpore se reperiri pos-
se. Iō quod nihil simplici in genere ex parte perfectū natu-
rā expoliuit. Itaque tanquā cæteris nō sit hitura quod largi-
atur: si uni cūcta cōcesserit: aliud alii cōmodi aliquo
adiuncto incōmodo nūeratur. Quod quoniam nobis uolū-
tatis accidit: ut artē dicēdi perscriberēus nō unum ali-
quod pposuimus exemplū. cuius oēs partes quocunque
eēt: in genere siue in iudiciali: siue in demonstratiuo
deliberatiuo expmende nobis necessariæ uiderēt. Sed
oibus unū in locū coactis scriptoribus quod quod cōmo-
dissime præcipere uidebat: excerpimus: & ex uariis in
geniis excellentissimā quæque libauimus: ex his nō qui
noie & memoria digni sunt nec nihil optiē: nec oia
præclarissime quibusdā nobis dicere uidebat. Quæ
propter stultitia uisa est: aut a bene inuētis. alicuius
recedere: si quo in uitio eius offenderemur. aut ad ui-
tia quoque eius accedere cuius aliquo bene præcepto
duceremur. Quod si in cæteris quoque studiis a mul-
tis eligere hoies cōmodissimū quodque quæ sese uni
alicui certo mallent. adiscere: minus in arrogantiam
offenderent non tantopere in uitis perseuerarēt: ali-
quanto leuius ex inscitia laborarent. Ac si par in nobis
huius artis atque in illo picturæ sciētia fuisset fortas-
se hoc magis in suo genere opus nostrū quā ille in sua
pictura nobilis eniteret. Ex maiore eim copia nobis
quam illi fuit exemplorum eligendi potestas. Ille
una ex urbe & ex eo numero uirgum quæ tū erant
eligere potuit. Nobis omnium quæcunque fuerunt
ab ultimo principio huius præceptionis usque ad hoc
tempus expositis copiis quodcunque placeret eligendi
potestas fuit. Ac ueteres quidem scriptores huius ar-
tis usque ab pncipe illo atque in uentore tyfia repetitos
unū in locū conduxit aristoteles & nominati cuiusque

nera sint ut inter picturas mul-
tas. Helena ita inter cæteras di-
cōes eminet semp oratoria: &
ut **Zeus** in pinguis fce-
mineis: uultibus: summus: ita
in orationibus Tullius. Pin-
xit **Zeus** multa: quæ usque ad
nostram memoriā manent:
sæcula posteriora tenēt quic-
quid pinxit oratio tulliana
Zeus Helenæ se simulacrum
pingere uelle dixit: non eim
in Helenam: sed simulacrum
fuerat traditurus: ita Tullius
scribendo artes: non oratio-
nes non ipsam eloquentiam:
sed simulacrum eloquentiæ
fuerat traditurus. Hoc conue-
nit & illa sententia: quod ex
animali exemplo mutum in
simulacrum ueritas transfere-
batur. Mutum enim simula-
crum eloquentiæ ars eius.
Ipsa autem eloquentia: quasi
animal: ita per partes poterit
ei relictū quam confertur: præ-
fatio conuēire. relictū eo quod
postea præponitur: quod cū
Tullius ex oibus multa quæ-
sierit: & omni tempore. **Zeus**
ex una ciuitate & uno tem-
pore comparauit. Ac si par in
nobis finito præfatiōis uno genere

similitudis. s. nunc prælatio-
nem quæ etiam ipsa in præfa-
tione facienda est incipit di-
cere explorum eligendi pote-
restas. Ideo hoc opus esse pos-
se melius: principe illo atque
inuentore tulla. *Corax & tulla*
artes primi oratorias: apud
græcos scripsisse dicitur sicut
& ipse: cuius instituta seque-
bantur fecerat: gloria Xeno-
cratis phi motus. Aristoteles
philosophiam exercuit. Glo-
ria Isocratis motus rhetoricæ
præcepta conscripsit. Artis si-
bi curam assumebat. Voluit. n.
Aristoteles propter Isocratem:
cum philosophus esset etiam
præcepta dicendi tradere. Al-
terum communi hominum infir-
mitati: alterum singulari. non in-
telligere omnium potest esse
& est uitium commune. Sin-
gulare uitium est: cum non
intelligat in eo (quasi intelli-
gat) perseveraret;

præcepta magna conquisita cura perspicue conscripsit
atque enodate & diligenter exposuit: ac tamen inuentionibus
ipsis suauitate & breuitate dicendi præstitit: ut nemo il-
lorum præcepta ex ipsorum libris cognoscat: sed omnes qui quod
illi præcipiatur uelint intelligere: ad hunc quasi ad quedam
multo commodiore explicatore reuertantur. Atque hic qui-
dam & ipse sese ipsum nobis: & eos qui ante se fuerant in me-
dio posuit: ut & ceteros & seipsum per se cognosceremus.
Ab hoc autem qui profecti sunt (quæquam in maximis phi-
losophiæ partibus operam primam consumpserunt: sicut & ip-
se: cuius instituta sequebantur fecerat) tamen per multa
nobis præcepta dicendi reliquerunt: atque alii quoque alio
ex fonte præceptores dicendi emanauerunt: qui ite per
multum ad dicendum siquid ars profecti operati sunt: nam
fuit tempore eodem quo Aristoteles magnus: & nobilis
rhetor Isocrates. cuius ipsius quam constat esse artem non
inuenimus: Discipulorum autem atque eorum qui protinus
ab hac sunt disciplina profecti. multa de arte præcep-
ta repimus. Ex his duabus diuersis sicuti familiis: qua-
rum altera (cum uersaretur in philosophia) nonnullam
rhetoricam quoque artis sibi curam assumebat: Altera ue-
ro omni in dicendi erat studio & præceptione occupa-
ta unum quoddam est conflatum genus a posterioribus que
ab utrisque ea quæ commodæ dici uidebantur in suas ar-
tes contulerunt: quos ipsos simul atque superiores nos no-
bis omnes quod facultas tulit proposuimus. Et ex
nostro quoque non nihil in ceteris contulimus. Quod si ea
quæ in his libris exponuntur tantopere eligenda fue-
runt quanto studio electa sunt: profecto neque nos ne-
que alios industriæ nostræ poenitebit. Sin autem teme-
re aliquid alicuius præterisse: aut non satis eleganter se-
cuti uidebimur: docti ab aliquo facile & libenter sen-
tentiam commutabimus: Non enim parum cognoscere:
sed in parum cognito, stulte & diu. perseverasse turpe est:
propterea quod alterum communi hominum infirmi-
tati: alterum singulari uniuscuiusque uitio attributum
est. Quare nos quidem sine affirmatione simul quære-
tes dubitanter unum quodque dicemus: ne dum hoc par-
uum sequimur: ut satis hoc commodo perscripsisse
uideamur: illud amittamus, quod maximum est:
ut ne cui rei temere: atque arroganter assenserimus.

Verum hoc quidem nos: & in hoc tempore & in
omni uita studiose quoad facultas feret consequimur

Nunc autem ne longius oratio progressa uideatur: de
reliquis quæ præcipienda uidentur esse dicemus. Igi-
tur primus liber (exposito genere huius artis & offi-
cio: & fine: & materia: & partibus) genera controuer-
siarum: & inuentiones & iudicationes continebat. Dein
de partes orationis & in eas omnes omnia præcepta. Quare
cum in eo ceteris de rebus distinctius dictum sit: disper-
se autem de confirmatione & reprehensione: nunc certos con-
firmandi & reprehendendi in singula carum gene-
ra locos tradendos arbitramur. Et quia quo pa-
cto tractari conueniret argumentationes in libro primo
non indiligenter expositum est. hic tantum ipsa inue-
nta unquam rem exponet simpliciter sine ut uel
la exornatione. ut ex hoc inuenta ipsa ex superiore
autem expositio inuentionum petatur. Quare hæc quæ
nunc præcipiuntur ad confirmationem omnis & repre-
hensionis partes referre oportebit. Omnis demon-
stratiua: & deliberatiua: & iudicialis causa: necesse est
in aliquo eorum quæ ante exposita sunt constitutionis
genere uno pluribusque uersetur. Hoc quæquam ita est
tam cum cõter quædam de omnibus præcipi possint
separatim quoque alia sunt cuiusque generis: diuersa præ-
cepta. Aliud. n. laus aut uituperatio: Aliud sen-
tentia dictio. Aliud accusatio aut recusatio confi-
cere debet. In iudiciis quid æquum sit quaeritur: In
demonstrationibus quod honestum: In deliberationibus
ut nos arbitramur quid honestum sit: & quid utile.
Nam ceteri utilitatis modo fine in suadendo & in dis-
suadendo exponi oportere arbitrati sunt: Quorum igitur
generum fines: & exitus diuersi sunt eorum præcep-
ta eadem esse non possunt: Neque nunc hæc dicimus non
eadem incidere constitutiones. Verum tamen oratio quæ
dam ex ipso fine & genere causæ nascitur. quæ per-
tinet ad alicuius uitæ demonstrationem aut ad sen-
tentia dictionem. Quare nunc in exponendis controuersis
in iudiciali genere causæ & præceptorum uersabimur.
Ex quo plura quoque in cetera quoque causæ genera simili in-
plicata controuersia nulla cum difficultate trans-
ferentur. post autem separatim de reliquis dicemus
Nunc ad coniecturalem constitutionem proficisce-
mur. cuius exemplum sit hoc expositum. In itinere
quidam proficiscentem ad certum quendam ma-

Dedit. n. præceptum quod in omni causa
genere argumentandum sit. Ergo nunc
ad species applicata argumentatione di-
cturum se pollicetur. Ita tamen ut non
de expositioe argumentationis que in pri-
mo plenissime tractata est: sed de ar-
gumentis loquatur: in uno quoque gene-
re causa. i. i. coniectura sine qualitate tra-
slatione & ceteris hic incidentibus.
Et ponit quidem hoc esse contentum:
ut spaliter de constitutionibus dice-
ret in quocumque genere causa: que essent con-
firmandi præcepta: que reprehendendi
Verum quoniam ipsa quoque genera causarum pro-
pter suos fines diuersos diuersa præ-
cepta desiderant cum iudicialis habe-
at æquitate: demonstratio honeste
stat: deliberatio honestate & utili-
tate confirmandi & reprehendendi præ-
cepta quæ sunt in constitutiones sin-
gulas diuisit: in iudiciali genere cau-
sarum in postrema libri parte de de-
liberatione & demonstratione propter
fines proprios aliquot tractaturus
Exposito genere. Quod eloquen-
tia magna & ampla pars est cuius
uidam quaestio. Officium ei-
us artis est dicere apposite ad per-
suadendum. Finis persuadere dictio-
ne. Materia quod Non
autem omnia ut uoluit gorgias le-
ontinus: aut etiam
ut uoluit hermagoras: partibus. in-
uentio: dispositio: elocutio: memo-
ria pronuntiatio Genera contro-
uersiarum id est genera causarum.
Iudiciale deliberatiuum: demonstra-
tiuum: Inuentiones nam de quinque
partibus orationis solam inuentionem
tractat deinde partes oratio-
nis: exordium narrationem: repre-
hensionem: conclusionem: quo pa-
cto tractari conuenirent argumen-
tationes: syllogismum & inductionem
hic tantum ipsa inuenta id est argu-
menta ipsa non expositionem aut
sententia dictionem. Constitutiones
omnes in iudiciali genere causæ tractabunt.

Nunc ab coniecturali constitutione proficiscamur: cuius exemplum sit hoc expositum. Secundus liber confirmatione & reprehensionem ipsis constitutionibus applicauit cum primus liber generaliter omnem materiam oibus dederit. Ac prius de coniectura proponit exemplum. non ipsum exemplum tractaturus: quoniam in exemplo non omnia inesse possunt: quae cadunt in coniecturam. Oportet enim exempla quae in coniectura ueniunt uel uenire possunt praecipienda fuerant. In argumentis ergo de coniectura erit praecipio: quia exinde in thema quodlibet coniecturale quod necessarium fuerit facile poterit deuocari. hoc autem fieri a tullio intelligamus: etiam in oibus constitutionibus: ut exemplum cuiuslibet constitutionis det: non tamen ipsum tractet exemplum: propositum itaque exemplo coniecturali secundum praecipia primi libri docet: quae sit intentio: quae depulsio: ex quibus duobus quae sit constitutio: deinde admonet quod in coniectura non conceditur eademque quae quaestio est ipsa indicatio. Occiderit ne: in coniectura. non factum non conceditur. unde non potest ex deductione rationis & refutatione nasci post quaestionem primam alia quaestio quae dicitur iudicatio. Subiungit post admonitionem dare se praecipia huic constitutioni & argumentorum: locos omnes coniecturae conuenientes: ex quibus in quamlibet coniecturam qui necessarii fuerunt deuocabuntur. Sunt igitur coniecturae loci hi principales. A causa a persona: a facto: A causa: est quae obrere fiat aliquid. & quae parit uoluntatem. de causa enim loquitur hominis non rei: qua causa uoluit probare quod uoluit facere is cui intenditur factum. persona autem ois ille est qui fecisse dicitur: hoc est illa ex omni uita per attributa personis supra: approbatio ad id quod intenditur factum. At uero a facto probationes habent facta illa oia: quae probant factum illud unde iudicium est. nam factum tria significat. Est factum & illud quod, intenditur ipsum illud quod dicitur occidisti. Est factum tertium hoc quod tribuit argumentum ad factum illud unde iudicium est. ut transisti clamasti: quibus probatur occidisti. hoc ergo ultimum est quod dicitur a facto quod ipsum perspicitur in tribus illis: ante negocium: in negotio: post negocium simul cum sententia per quae se explicat facta. loco: tempore: modo: occasione: facultate. Ergo haec tria sunt quae coniecturae suggerunt argumenta: causa: persona: factum: Causa ipsa diuiditur in duo. In impulsione & rationationem: impulsio motum habet repentinum non uoluntarium: ut amor uolentia & ois oia huiusmodi: quae ueniam merentur si conueniat id ipsum quod fecisse arguitur nam si negat argumenta sunt a causa ut sit. Fecit quae uolentia fuit: fecisti quae amore fecisti: fecisti quae iracundus es: quibus causis probatur facere potuisse quod negat. Rationatio autem causa est: et ipsa uoluntatis: haec ratione faciendi fuisse ostendit uoluntate aut non faciendi: quae sumit ex rationatione uel boni uel mali: siue iam praeteriti boni: siue futuri praeter mali uel praeteriti uel futuri: quod nos diximus malum uel bonum. i. ut gloria causa: ut amicitiae: ut inimicitiae: uel uiscerum & metus: & pericula: his igitur modis: si commodis hos gradus dat prius modum retinendi utique quod habet & augendi deinde ad adipiscendum id utique est quod non habet. contra incommodum reiciendi praeter diuturnum utique quod futurum erat.

& secum aliquantum numerum ferrentem est committatus: cum hoc ut fere fit in uia sermonem conuulit: ex quo factum est ut illud iter familiarius facere uellent. Quare cum in quandam tabernam diuertissent: simul coenare & in eodem loco somnum capere uoluerunt. Coenati discubuerunt ibidem: caupo autem. nam ita dicitur post inuentum cum in alio maleficio deprehensus esset: cum illud alterum uidelicet qui nummos haberet animaduertisset noctu postquam illos artius iam ut fit ex lassitudine dormire sensit accessit & alterius eorum qui sine nummis erat gladium prope appositum euagina eduxit. & illum alterum occidit: nummos abstulit: gladium cruentum in uagina recondidit: ipse sese in lectum suum recepit. Ille autem cuius gladio occisus erat: facta multo ante luce surrexit: comitem suum clamauit semel & saepius. Illum somno impeditum non respondere existimauit: ipse gladium & cetera quae secum attulerat sustulit: solus profectus est. Caupo nam multo post clamat hominem esse occisum: & cum quibusdam diuersoribus illum qui ante exierat consequitur. in itinere hominem comprehendit: gladium eius euagina educit: repit cruentum: homo in urbe ab illis deducitur ac reus fit. In hac intentio est criminis: occidisti depulsio: non occidi: Ex quibus constitutio est: idem quaestio est eadem in coniecturali quae iudicatio: occiderit ne. nunc exponemus locos: quorum pars aliqua in oem coniecturalem incidit controuersiam. haec autem & in horum locorum expositione: & in ceterorum oportebit attendere non oes in oem causam

Ita tria haec tribus superioribus respondent commodis: incommoda illic retinendi: hic reiciendi illic augendi: hic minuendi: illic adipiscendi: hic deuitandi quibus etiam illa accident ut aliquid commodi sumamus. uel ut maius commodum consequamur: uel ut maius commodum uitemus: aut rursum ut incommodum aliquod praetereamus. uel ut maius incommodum adipiscamur: uel ut minus incommodum deuitemus. Nam & suscipi commodum paruum potest ut maius aliquod commodum consequamur. uel incommodo maius utetur: & rursum commodum contemni potest: ut leo contentus fuit sine lucro meretricem dare: ne ab aescchino uerberaretur: & uelut in uerinis accipi potest malo non habere quod rogare. Rursum contempto commo suscipi maius commodum potest: ut terentianum uilud in suasionem. Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum quaestio uero eadem coniecturalis est: quae & iudicatio: quia ratio deest. non enim factum in confessione est: ideo eadem erit iudicatio quae quaestio: & in horum locorum quae coniecturalia sunt & in ceterorum. i. ceterarum constitutionum conuenire. i. locos. Omnis igitur ex causa: ex persona: ex facto ipso coniectura capienda est. Omnis hic locus a causa siue impulsione siue rationationis coniecturae maximum est fundamentum non quod cum causa sit continuo & factus comprobatur: sed quoniam facinus nullum est quod non ante causam praecesserit. Superiorum deinde locos quibus accusator utitur. cum asserit impulsione aliquid esse factum. Ex quibus primus est amplificatio eius rei quae impulsione pariat: deinde approbatio: quod ex ea fiat per exempla: ut amore se iterfecit. Tertio loco conuentionem facius: & declarata impulsione: euentum eius causae fuisse concludimus: His tribus locis accusator utitur in impulsione. In rationatione uero hi sunt quos nunc dicam demonstratio: quid petierit: quid fugerit. Argumenti quantitas sit: quam appetierit aut fugerit. Praeter haec duo: uno etiam illud accusator considerare debet: ne forte ista: quae securus sit: aut fugerit: in opinione tantum habuerit reus: neque consecutus sit commoditatem neque illum malum fugerit. Sed dicendum est ei ita fuisse uisum quia arguitur & sit sua opinio deceptus. Opio autem duplex dicitur.

conuenire. Nam ut omne nomen ex aliquibus non ex omnibus litteris scribitur: sic omnem in causam non omnis argumentorum copia: sed eorum necessario pars aliqua conueniet. Omnis igitur ex causa ex persona: ex facto ipso coniectura capienda est. Causa distribuitur in impulsione: & in rationationem. Impulsio est: quae sine cogitatione per quamdam affectionem animi facere aliquid hortatur: ut amor: iracundia: aegritudo: uolentia: & omnino omnia: in quibus animus ita uidetur affectus fuisse: ut rem perspicere cum consilio & cura non potuerit: & id quod fecit: impetu quodam animi potius: quam cogitatione fecerit. Rationatio: est autem diligens & considerata faciendi aliquid: aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur interfuisse: tum cum aliquid faciendi certa de causa uitaesse: aut secutus esse animus uidetur: ut si amicitiae causa quod factum dicitur: si inimici uiscerum: si metus: si gloriae: si pecuniae: si denique ut omnia generatim amplectamur: alicuius retinendi: augendi: adipiscendiae commodi: aut contra reiciendi: diminuendi: deuitandiae in commodi causa. Nam in horum genus alterutrum illa quoque incident. in quibus aut incommodum aliquid maioris uitandi incommodi causa suscipitur aut commodum aliquid maioris adipiscendi commodi praeteritur. Hic locus sicut aliquid fundamentum est huius constitutionis. Nam nihil factum esse cuius probatur nisi aliquid quare factum sit ostenditur. Ergo accusator cum aliquid impulsione factum esse dicet. illum impetum & quandam commotionem animi affectionemque uerbis & sententiis amplificare debet. & ostendere quanta uis amoris sit: quanta animi perturbatio: ex iracundia fiat aut ex aliqua

pit. modo dum res aliter putat atque est eadem res. modo dum aliter euenit quam putauit. Res fallit si mala credit cum bona sit: uel contra uel neutrum uel utrumque. Ergo cum hoc intelligi possit quod opinio fallit homines tum in re: tum in euentu cum in re reas uti hac coepit sorte defensionem non sibi antiquorum fuisse pecuniam uita: aut frus aut amici. Accusator det uerba argumentum deest. est enim credibile sed confirmat debet hoc ei quod arguitur non ita uisum fuisse. Et hoc approbat ex attributis personae non illud habuisse opinionem sed illa potius habuisse quod tale. s. personae est.

Sic argumentabitur accusator de eo cuius opinio falsa est in re. Cum autem euentus fallit quod accidit exempli. modo cum aliquis misso tello alterum intericit. ut in scolæ controuersis. Ut uero in causis forensibus cum quis cum dicatur necasse cuius hæres non sit sed tamen sperarit hæredē. accusatoris est locus est cogitationem spectari debere non euentum. Et hæc de rōcinatione. In causa autem omni siue in impulsione: siue in rōcinatione laborandū est fuisse illis potestatem aut facultatem: aut uoluntatem. Potestas est qua posse ostenditur: facultas est qua adiutores & cætera demonstrantur. Voluntas est qua uelle uoluisse aliquid dclatur. Ita aliud erit uoluntas aliud causa siue impulsio sit siue rōcinatione. Illa. n. efficiunt uoluntatem. Non aut quod afficitur hoc esse debet quod est illud quod efficit. Nam sæpe & causæ sunt. & deest uoluntas quæ probari potest. uel fuisse: uel non fuisse tamen causa præcessit. Hoc ex psonæ potius attributis confirmabitur quibus talis doceatur. ut potuerit causis commoueri. Hæc igitur accusator dicet: & cū uolet alios defendere quibus fuisse causa faciendi declarabitur. Deinde adiūget etiam alios locos: quos defensori tullius dabit ad se purgandū. Quibus locis utetur sicuti diximus accusator cum defendet alios. Sed hoc breui faciet. Illorum. n. defensione altege alius uult accusare non ipsos ostendere innocentes. ita in maiore esse actu non potest quod alteri proficit. Omnis igitur: ex causa: ex persona: ex facto: ipso coniectura capienda est. Quæ parit uoluntatem uelle uoluisse id est cā qua quid ortum sit ostendimus attributum personæ. id est persona attributa autem negocio. id est quod ait facta causa tribuitur in impulsione & ratiocinationem. Ratio scilicet non ratiocinationem illā ut supra legimus syllogismi: ut amor: iracundia: aegritudo. Inter iracundiam & iram hoc interest: quod iracundia perpetua est: ira ad tempus suscipitur. Atque hoc fit ut iracundia sit impulsio ira ratiocinatio. ut odio quis iratus: uel metu occidisse dicatur: quod est ratiocinationis. cæterum iracundum esse quia semper est ad impulsione dicimus quæ propter talem naturam admissum facinus possit ostendere. Aegritudinem uero morbum animi posuit non corporalem. In quibus: aut commodi aliquid maioris adipiscendi causa: aut maioris uitandi incommodi suscipitur: ut aliquid commodi suscipiatur propter duas res: uel ut maius aliquod commodum consequamur. uel ut maius incommodum deuitemus. Hic locus est: id est causa nisi aliquid quare factum sit ostenditur. Quæ sit causa quæ parit uoluntatem siue per impulsione: siue per ratiocinationem. Ergo accusator cum impulsione aliquid factum esse dicet. Locis infirmationis a causa per impulsione primo datis reddit ad reprehensionis modos. Qui simili impulsu aliquid commiserunt & similitudinem collatione. ut applices exemplum & doceas simile comparando: & ipsius animi affectionis explicatione. curandum est: ut ipsius affectionis hoc est rei sit explicatio. Ut non mirum uideatur si quod ad facinus tali perturbatione commotus accesserit: id est ut uerisimile probet & per exemplum: & per explicationem animi affectionis. ut quod eius fieri possit quantum in hac re fieri potest: quid in opinione eius quem arguet fuerit ut non solum quid consecutus sit. uerè etiā quid sperauerit. Si ostendi potest ei uisū esse qui arguatur ut uoluntatem crieretur: et si effectus defuit ut ex eo cām habuerit: quæ tūc: quæ spauit et si nihil aut comodi aut incommodi accepit

causa qua earum impulsu aliquem id fecisse dicet. Hoc & exemplorum cōmemoratiōe qui simili impulsione aliquid comiserunt: & similitudinum collatione: & ipsius animi affectionis explicatione curandum est: ut mirum nō uideatur: si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit. Cum autem nō impulsione uerum ratiocinatione aliquem commisisse quid dicet: quid comodi sit secutus: aut quid incommodi fugerit demonstrabit. & id augebit quæ maxime poterit. ut quoad fieri possit idonea quam maxime causa ad peccandum hortata uideatur: si gloriæ causa: quantam se gloriam consecuturum existimari. Item si dominationis: si pecuniæ: si amicitiæ: si inimicitiarum: & omnino quicquid erit quod causæ fuisse dicet. id summæ augere debet: & hoc cum magnopere considerare oportebit: non quid in ueritate modo uerū et uehementius quid in opinione eius quæ arguet fuerit. Nihil. n. refert nō fuisse. aut nō esse aliquid comodi aut incommodi si ostendi potest ei uisū fore quod arguat

Nam opinio dupliciter fallit hoies: cū aut res alio modo est quā putatur. Ac non is euentus est quem arbitrati sunt: res alio modo est tum cum: aut id quod bonum est malum putant. aut contra: quod malū est bonum: aut quod nec malum est: nec bonum malum aut quod malum aut bonum est. nec malū nec bonū. Hoc intellectu: si quis negabit ullam esse pecuniā fratris aut amici uita: aut denique officio suo antiquiorē: aut suauiore: non erit hoc accusatori negandum: Nam in eum culpa & summum odium transferetur: qui id quod tam uere & pie dicitur: negabit. Verum illud dicendum erit: illi non esse ita uisum. Quod sumi oportebit ex his: quæ ad personam pertinent: de quo post dicendū est. Euentus autē tū fallit: cū aliter quid accidit atque hi qui arguuntur arbitrati esse dicuntur: ut si qui dicatur alium occidisse: ac uoluerit. quod aut similitudine: aut suspitione: aut demonstratione falsa deceptus sit: aut eū necasse cuius testamento non sit hæres: quod eius testamento se hæredem arbitratus sit: Non. n. ex euentu cogitationem spectari oportere: sed qua cogitatione animus & sæpe ad maleficiū profectus sit: considerare: & quo animo quid quisque faciat: nō quo casu utatur ad rem pertinere. Hoc autem loco: caput illud erit accusatori: si demonstrari poterit: alii nemini causam faciendi. Secundarium. si tantā & tam idoneā nemini. Sin fuisse alius quoque uidebitur causa faciendi: aut potestas aliis defuisse demonstranda: aut facultas aut uoluntas. Potestas si aut nescisse: aut nō affuisse: aut cōficere aliquid nō potuisse dicitur. Facultas si ratio: adiutores: adiumenta: & cætera quæ ad rem pertinebunt defuisse alicui demonstrabuntur. Voluntas si animus a talibus factis uacuus & integer esse dicitur. Postremo rationes quas ad defensionem reo dabimus: his accusator ad alios ex culpa eximendos abutetur. Verū id breui faciendum est: & in unum multa sunt cōducenda: ut ne alterius defendendi causa hunc accusare: sed huius accusandi causa defendere alium uideatur: atque accusatori quidem hæc fere sunt in causa faciendi & consideranda. Defensor autem ex contrario primum impulsione: aut nullam fuisse dicet: aut si fuisse concedet extenuabit: & puulā quādam fuisse demonstrabit: aut non ex ea solere huiusmodi facta nasci docebit.

Nam opinio dupliciter fallit hoies. Opinio fallit in re cum opinio uera non est: & errat ab eo quod in uero est. ut cū res mala sit bona credatur: uel cōtra euentus fallit opinionem cum opinio quidem uera est sed eam interueniens casus dicitur: ut cum res bona est & bona creditur. sed aliquo cāu in malū uertitur. Iam in cā ipsa hoc modo possumus dicere. i. ut dicamus. Iō occidisti quia te hæredē fore putasti. Licet ille alium hæredem fecerit. ita semper in opinione est & euentus fallit & res. Cum aut aliusmodi est quam creditur aut aliter creditur quam putatur habuisse prouenire. Aut non is euentus est quem arbitrati sunt. cū aut ipsa res qualis sit ignoratur: aut cū res certa fuerit aliter eueniat quā putatum est: aut id quod bonū est malū putant. & reliqua. Hoc intellectu quod hoies impellant: non sola ratiocinatione uera rerum: uerum etiā falsa. Hoc quod fecellit cum res. Illi ita non esse uisum ut quāuis uerum sit quod dicatur ipsi: tū non fuerit ista sententia. Ex his quæ ad personam pertinent: Attributa personæ quæ probant personam. Ut si qui dicatur alium occidisse ac uoluerit. Exemplum ad euentū falsum probandū posuerit non ad probationem causæ per cōiecturam: aut eum necasse cuius testamento non sit hæres. Exemplum in causa. Nō quo casu utatur ad rem pertinere id est euentus. Accidentia effectus casus potestas. Si aut nescisse aut nō affuisse & reliqua. Nō fuit necesse facere etiam si cā fuisset. Et si fuisset causa uidentis propter res alienū non tamē necessitas ut deos patrios uideret. Defensor autem ex contrario primum impulsione aut nullā aut si fuisse concedet aut extenuabit. Dati sūt loci

accusatori quibus uti debeat ad probationem causæ per ipsam ipsam. Item alii dati sunt quibus uti debeat ad probationem causæ per rationationem. Nunc supponit defensoris locos infirmanda ipsatione & infirmanda rationatione

Infirmanda ipsationis loca sunt quattuor. Negare. miuere. negare eius effectum quæ intenditur ipsationis ipsius nature docere. Confirmare exemplis & similitudinum propositione. Rationationis loci sunt quattuor. Quonia ratio cinatio est: aut in re aut in opinione. In re commodi uel in commodi. Loci eius erunt negare commodum miuere. Dicere aliis magis fuisse: aut tantum & sibi quantum & aliis. Aut incommodum maius quam commodum. Pariter & de incommodis ista dicentur quod dicitur euitatum nullum fuisse incommodum. non tantum fuisse incommodum aliis. magis fuisse incommodum. aut aliis tantum quantum sibi: aut maius commodum quam incommodum. Si accusator dixerit. Si in rationatione opinio ponetur infirmitatis: loci sunt quattuor non tale esse uel commodum ut possit aliquem fallere maxime se non potuisse quod firmabitur persona. Post hæc omnia: defensor uti poterit omnibus locis accusatoris: si in alios crimen transferre uoluerit. Quemadmodum enim accusator cum conuincat defendit alios: & utitur partibus ac locis defensoris: ita & defensor ut se purget accusabit alios. & in hoc utitur partibus ac locis accusatoris: aut si fuisse concedet extenuabit quæ auget accusator. Ex persona autem coniectura capietur: si hæc res quæ personis attributa sunt diligenter considerabuntur. Explicitis præceptis omnibus ad causam pertinentibus: subiungunt præcepta personæ attributa: & quem

Quo erit in loco demonstrandum quæ uis & natura eius sit affectionis quam impulsus aliquis reus commisit se dicitur in quo & exempla & similitudines erunt proferendæ: & ipsa diligenter natura eius affectionis quam leuissime quietissimam ad partem explicandam ut & res ipsa a facto crudeli & turbulento: ad quiddam mitius & tranquillius traducatur: & oratio tunc ad animum eius qui audiet: & ad animi quædam intimum sensum accommodetur. Rationationis aut suspiciones infirmabit: si aut commodum nullum fuisse: aut parum: aut aliis magis fuisse: aut nihilo sibi maius quam aliis: aut incommodum sibi maius: aut quod commodum dicitur: ut nequam fuerit illius commodi quod expetitum dicatur magnitudo: aut cum eo incommodo quod acciderit: aut cum illo periculo quod subeat comparanda. Qui omnes loci similiter incommodi quoque uitatione tractabuntur. Sin accusator dixerit eum id esse secutum quod ei uisum sit commodum. aut id fugisse quod putant esse incommodum: quæquæ fuerit in falsa opinione: demonstrandum erit defensori: neminem esse tantæ stultitiæ qui tali in re possit ueritatem ignorare. Quod si illud concedatur: id non concessum iri: nec dubitasse quidem hunc quid eius iuris esset. Sed id quod falsum fuerit: sine ulla dubitatione pro falso: quod uerum pro uero probasse. Quod si dubitauerit summam fuisse amentiam: dubia spe impulsum certum in periculum se committere. Quemadmodum autem accusator cum ab aliis culpam dimouebit: defensoris locis utetur. sic his locis qui accusatori dati sunt utetur reus cum alios ab se crimen uolet transferre. Ex persona autem coniectura capietur: si hæc res quæ personis attributa sunt diligenter considerabuntur. quas omnes in primo libro exposuimus: nam & de nomine nonnunquam aliquid suspicionis nascitur. Nomen autem cum dicimus cognomenque & agnomen intelligatur oportet. De hominis. n. certo & proprio uocabulo agitur ut si dicamus iccirco aliquem calidum uocari: quod temerario & repentino consilio sit: aut si ea re uerba hominibus grecos imperitis: quod Clodius: aut Cæcilius: aut Mutius uocarentur dedisse. Et de natura licet aliquantum ducere suspicionis: omnia enim hæc uir: an mulier huius an illius ciuitatis sit: quibus maioribus: quibus consanguineis: qua ætate: quo animo: quo corpore quæ naturæ sunt attributa: ad aliquam coniecturam

tionem uitæ: quo more domestico uiuat. Et ex fortuna sæpe argumentatio nascitur cum seruus an liber pecuniosus an pauper nobilis an ignobilis: foelix an infelix priuatus an cum potestate sit aut fuerit: aut futurus sit considerat aut denique aliquid eorum quæritur quæ fortunæ esse se attributa intelligunt. Habitus autem quonia in aliqua perfecta & constanti animi aut corporis absolutioe consistit quo in genere est uirtus: scientia & quæ contraria sunt res ipsa posita causa docebit & quod hic quoque locus suspicionis ostendat. Nam affectiois quidem ratio perspicua solent posse generare coniecturam: ut amor iracundia: molestia propterea quod & ipsorum uis intelligitur & quæ res harum aliquam re consequentur: faciles cogniti sunt. Studium autem quonia est assidua & uehemens ad aliquam rem applicatam cum uoluntate occupatio: facile ex eo dicitur argumentatio quæ res ipsa desiderabit in causa: Item ex consilio sumet aliquid suspicionis. Nam consilium est aliquid faciendi non faciendiue excogitata ratio. Iam facta casus & orationes quæ sunt omnia ut in confirmationis præceptis dictum est tria tempora distributa facile erit uidere: & quid afferat ad coniecturam confirmanda suspicionis ac personis quidem res hæc sunt attributa ex quibus omnibus unum in locum coactis accusatoris erit improbatioe hominis uti. Nam causa facti parum firmitudinis habet nisi animus eius qui insinuat in eam suspicionem adducet: ut a tali culpa non uideatur abhoruisse ut enim animum alicuius improbare nihil attinet cum causa quare peccauerit non intercessit si causam intercedere peccati leue est si animus nulli minus honestæ rationi affinis ostendit. Quare uitam eius quæ arguitur ex ante factis accusator improbare debet: & ostendere si quo impari ante peccatum conuictus sit. Si id non poterit si quæ in simile ante suspicionem uenerit ac maxime si fieri poterit simili aliquo in genere eius modi causa aliqua commotum peccasse: aut in æque magna re aut in maiore: aut in minore: ut si quæ pecunia dicat inductum fecisse: possit demonstrari aliqua re eius aliquod factum auarum. Item in omni causa naturam: aut uirtutem: aut studium: ut fortunam: aut aliqua eorum quæ personis attributa sunt ad eam causam qua commotum peccasse dicitur poterit adiungere atque ex dispari quoque genere culpam si ex pari sumendi facultas non erit improbare animum aduersarii oportebit ut si auaritia inductum arguas fecisse & auarum esse eum quem accuses demonstrare non

admodum his uti possit accusator quemadmodum etiam defensor in coniecturali constitutione. Et hæc quidem personæ attributa in primo libro quamquam singula exposuerit & explicarit hic tamen nunc breuiter repetit quæ ipsa sit & quid sit: post precepturus quemadmodum his uti possit accusator quem admodum defensor. Quo in genere est uirtus & scientia animi quæ est stultitiæ contraria amor iracundia. Affectio enim facile euentum suum declarat signo quæ ipsa est eius rei quam ex se parit. Et ipsorum uis quid ipsa sint non quid ex se gignat: Et quæ res harum aliquam rem consequantur. Quid ex se gignat non quid ex se ipse possint. Ac personis quidem res hæc sunt attributa ex quibus omnibus unum in locum coactis accusatoris erit improbatioe hominis uti. Expositis breuiter attributis personæ quia ita res repetita poscebat dat accusatori ex his præceptum ut excutiat uitam præteritam. Parum enim causam comedas se sola si non quæ ab hac impelli possit persona consentiat. Ergo accusatur ex uita præterita proferre debet similia peccata similes causas in rebus: uel in paribus: uel minoribus uel maioribus uel si similes proferre non poterit dispares proferat atque hæc nocentis uitæ sunt. Si innocens uita præterita est illius qui reus est locus communis inducitur uitam præteritam spectari non oportere. Quod ea poterit esse occulta aut fortasse ad peccandum cum animis fuerit defuerit causa: uel potestas: uel occasio. Deinde alius locus communis non ex uita præterita presentis iudicium sed ex presenti iudicio uitam expectari oportere. Sin autem uita alicui

us ignorabitur prætereundus ab accusatore hic locus est. Dicendumque cur prætereatur quod ignoretur uita: statimque ad alia argumenta properandum quæ sunt ex ipso negotio in factis: dictisque eius: qui reus est collocata. Defensor autem primum si poterit debeat uitam eius quod insimulabitur quam honestissimam demonstrare. Qui defensoris a persona contrarii loci sunt. Nam primum laborare debet ut honestam rei uitam demonstraret: quæ declarabitur officii uel communibus & notis uel maximis & raris aut cum periculo: aut cum labore: præstitis officii causa: non necessitatis: & præstitis in partibus: cognatos: amicos: rem publicam. Sed ista beneficiorum commemoratio parua est quia multorum uitam exemplo est: naturam posse mutari ut morum instituta perseuerant declarandum est nihil aliquando deliquisse nunquam ab officio recessisse. Fuisse & causas & facultatem: nunquam tamen uoluisse peccare. Atque in his ostendendis occasionibus laborandum est earum rerum copiam fuisse in faciendo: & facere noluisse: quarum rerum nunc crimen in iudicio est: ut si auaritiæ cupiditatis. Deinde locus communis inducendus est quo indignum esse cum quaestione declarandum est: ut qua causa impelluntur: ad peccan-

possis aliis affinem esse uitis doceas & ex ea re non esse mirandum qui in illa re turpis aut cupidus aut petulans fuerit: hac quoque in re eum deliquisse. Quantum enim de honestate & auctoritate eius qui arguit detractum est tantum de facultate totius est defensionis immunitum. Si nulli affinis uitio poterit reus ante admissio demonstrari locus inducet ille per quem hortandi iudices erunt ut ueterem famam hominis nihil ad rem putent pertinere. Nam cum ante cecidisse nunc manifesto teneri. Quare non oportet hanc rem ex superiori uita spectari sed superiorem uitam ex hac re improbari: & aut potestatem ante peccandi non fuisse aut causam: aut si hoc dici non poterit dicendum erit illud ultimum non esse mirum: si nunc primum deliquerit. Nam necesse est eum qui uelit peccare aliquando primum deliquere si uita ante acta ignorabit hoc loco præterito & demonstrato cur prætereatur argumentis accusatoris nec statim confirmare oportebit. Defensor autem primum si poterit debeat uitam eius quod insimulabitur quam honestissimam demonstrare. Id faciet si ostendet aliqua eius nota & communia officia quod genus in partibus: cognatos amicos affines. necessarios: etiam quæ magis rara & eximia sunt: si ab eo cum magno aliquo labore: aut periculo aut utraque re cum necesse non esset officii causa aut in republica: aut in partibus: aut in aliquos eorum quod modo expositi sunt facta esse dicet. Deinde si nihil deliquisse nulla cupiditate impeditum ab officio recessisse: quod eo confirmatius erit si cum potestas aliquid impune faciendi minus honeste fuisse dicitur: uoluntas eius faciendi demonstrabitur abfuisse: Hoc autem ipsum genus erit eo firmius. si eo ipso in genere quo arguetur integer animi fuisse demonstrabitur ut si cum auaritiæ causa fecisse arguat: minime omni in uita pecuniæ cupidus fuisse doceatur. Hæc illa magna cum grauitate inducet indignam iunctam coquestionem per quam miserum facinus esse & indignum demonstrabitur: cum animus in uita fuerit omnia a uitis remotissimus eam causam putat quæ homines audaces in fraudem rapere soleat castissimum quoque ad peccandum potuisse impellere: aut iniquum esse & optio cuique perniciosissimum: non uitam honeste actam tali in tempore quam plurimum potuisse: sed subita ex criminatione quæ confingi facile possit: non ex ante facta uita quæ ne quæ ad tempus fingi neque ullo modo mutari possit facere iudicium. Sin autem in ante acta uita aliqua

turpitudines erunt ut falso uenisse in eam existimatio nec dicitur aut ex aliquorum inuidia: aut obretractatione. aut falsa opinio: aut prudentie necessitudini: aut persuasioni: aduolentia: aut alicui non malitiose animi affectioni attribuetur aut dissimili genere uitiorum ut animum non modo integer: sed a tali culpa remotus esse uideatur. Ac si nullo modo uitæ turpitudine: aut infamia leniri poterit: oratione negare oportebit de uita eius & moribus queri sed de eo crimine quo de arguatur: quare ante factis omissis illud quod instet agi oportere. Ex facto autem ipso suspensiones ducentur si totius administratio negotii ex omnibus partibus pertemperabitur: atque hæc suspensiones partim ex negotio separati partim coiter ex per se atque ex negotio proficiunt. Ex negotio duci poterunt si eas res quæ negociis attributæ sunt diligenter considerabimus. Ex his igitur in hac constitutione conuenire uidentur genera eorum omnia: partes generum pluresque. Videre igitur primum oportebit quod sint continentia cum ipso negotio: hoc est quæ ab re separati non possunt: Quo in loco satis diligenter erit considerandum quod sit ante rem factum ex quo spes proficiendi nata: & faciendi facultas quaesita uideatur. Quid in ipsa re gerenda quod postea consecutum sit. Deinde ipsius est negotii gestio tractanda. Nam hoc genus earum rerum quæ negotio attributæ sunt secundo in loco nobis est expositum: hoc ergo in genere spectabitur locus: tempus: occasio: facultas: quorum uniuscuiusque uis diligenter in confirmationis præceptis explicata est. Quare ne aut hoc non admonuisse: aut ne eadem iterum dixisse uideamur: breuiter demonstrabimus quid quaque in parte considerare oporteat. In loco igitur oportunitas: in tempore loquitas: in occasione comoditas ad faciendum idonea. In facultate copia & potestas earum rerum propter quas aliquid facilius fit: aut sine quibus omnino confici non potest consideranda est. Deinde uidentur est quid adiunctum sit negotio: hoc est quod maius: quid minus: quid æque magnum sit: quod simile. Ex quibus coniectura quadam ducitur: si quemadmodum res maiores: minores æque magne similesque: agi soleant: diligenter considerabitur. Quo in genere euentus quoque uidentur erit: hoc est quid ex una quaque re soleat euenire magno opere considerandum est: ut metus lætitia: titubatio. Quarta autem pars erat ex his quas negociis dicebamus esse attributas: consecutio: In ea quæ gestum

dum uicis omnibus pleni hac cuius uita præterita purgata sit impulsus esse dicatur. Deinde alius locus communis uitam honeste actam reo debet prodesse se ipsam esse certissimam testem morum & uoluntatum. Criminationem inimicorum inuidia facile posse componi. Hæc si honesta uita est. At si inerunt aliqua turpitudines laborandum est ut falsa esse dicamus inimicorum criminatione collecta: uel eo uitio mentis admissa quo facilius ueniam promeremur. Negligentia necessitate aduolentia uel quolibet alio affectu animi non pernitioso amore uel aliquo huius generis. Postremo laborandum est ut turpitudines uite præteritæ uel in dissimili genere uitiorum esse doceantur ut quoniam inuocentem probare non possumus ab hoc tantum facinore quod in iudicio est remotum esse doceamus. Sin uero uita turpissima nullo genere defensionis supra posito purganda locus communis induci debet uitam præteritam spectari non debere. Neque de moribus hoc crimen quod intenditur comprobari. Ex facto autem ipso suspensiones ducentur si totius administratio negotii ex omnibus partibus pertemperabitur. Restat tertia pars probationis in coniectura ex negotio. Huius partes quattuor sunt: ut in libro primo expositum est. Etenim attributa negotio quattuor sunt: continentia cum negotio in gestione negotii adiuncta negotio quæ gestum negotium cosequitur. Hæc breuiter hic repetit: quoniam iam in libro primo tractata sunt hac dicitur in coniecturam omnia genera incidere non omnes partes in continentia negotii ante negotium in negotio post negotium. Facta omnia in suspicionem uocemus. Item in gestione negotii locum: tempus: occasio: facultas

tes. De modo conticescens quod rei manifestæ & in confessione habite modus semper est. Itē ad iuncta negotio: uel maiora uel minora: uel paria: uel similia: maximeque euentus coniecturæ p̄dest. **Q**uarta etiam pars quæ gestum negotium consequitur ad coniecturam tribuet argumenta ubi: queritur lex cōsuetudo: actio usus exercitatio: Atque hæc sunt attributa negotio ex quibus cum ducitur argumentum impletur argumentatio ex negotio. Inuenitur autem argumentatio præterea que communiter sumatur ex attributis negotio & attributis personæ: ut attributa personæ nō mihi personam hoc ē uiram præteritā hominis declararet sed hoc facinus approbēt quod intenditur sicut declarabūt quæ supponunt exēplo Suspiciones ducētur. id est cōiectura capietur ex ipsi omnibus p̄tibus pertēptabitur ut nō mixta sint attributa p̄sonæ sed tantum sola sint facta i ipso negotio: uel actione totius negotii impleta. Hoc enim in genere spectabit locus tempus occasio facultas Modum in coniectura nō posuit quia in facinore confessio semp̄ inspicitur: Sunt autē aliæ aliquæ suspensiones: quæ cōiter ex negotio & personarū attributionibus sumuntur. Coniecturæ argumenta suggerunt causa persona factum. Vtq; ideo tria quæ a singula. Suis igit̄ rationibus causa suis p̄sonā etiā approbat: Eodem modo factū quod cum singula suis rationibus p̄ se in coniectura fidē præstent merito ad p̄bationem cōiecturæ triplex materia collocat̄. Monet tamē ratio duo p̄sonā. scilicet factū ad unā fidē posse cōsociari: ut ex utroq; materia genere negotiorū id est factorū & personarū fides cōiecturæ quæstioni bus afferat̄. Hoc ut facilius fiat intel lectus capiat̄ur meminisse debemus attributa p̄sonis quæ utiq; cū sunt ipsā uidētur approbare p̄sonā quæ cū p̄bauerint: iā cōiecturæ locus est. A tali uiro id quod intendit̄ facinus nō potuisse cōmitti. Ergo attributū p̄sonæ: facit p̄sonæ fidē: factū aut p̄dest approbata p̄sona. cū ita sit nouū p̄ceptū dedit posse quoq; ex p̄sonæ attributis: & negotioq; p̄bati factū hoc est negotiū. Iccirco tullius p̄ceptū dedit posse quoq; ex attributis p̄sonæ & negotiorū approbationes nasci ex utraq; suspiciōe cōes. Inter attributa p̄sonæ accipimus fortunā. naturā uictū studia factā. casus orationes cōsilia habitū. Hæc utiq; si attributa p̄sonæ accipimus sicut supra diximus p̄sonā p̄babit. Vex̄ p̄spiciētē ratione & negotiū p̄bare poterūt. In fortuna inquit spectat̄ dignitas diuitiæ. cōdictio. Hæc licet p̄sonæ attributa sint tamē cū dico diues est affectat̄ tyrānidē. Seruis potuit occidere cōsul non p̄didit patriā argumētū factis ac p̄sonæ attributis facio. Pari modo decōsilio. si quibus cōsiliis aliquādo usus sit dicā p̄sona est approbata si quo nūc usus sit cōsilio p̄sonæ attributo factū p̄bato. Ergo factis clarū est in cōstitutione cōiecturali argumēta fieri posse cōiter & de p̄sonæ attributis: & negotiorū ut factū p̄bet̄. Precipit præterea i hac cōstitutione cōsiderādū p̄ncipaliter qđ in quæstione ē an fieri potuerit deinde an ab alio potuerit deinde an facultas fuerit. Inter posse & facultatē hoc interē cū substantia efficiēdæ rei in ē aut deest de facultate tractat̄ ut sūt uires: ministeria: pecūia. At si aut p̄ naturā res negat̄ aut p̄ locū aut p̄ tēpus deo quærit̄ an potuerit Si dicat̄ tullius interfecisse ro

negotium cōfestim: aut ex interuallo cōsequūtur In qua uidebimus & quæ consuetudo sit: & quæ lex quæ actio: & quod eius rei artificiū: aut usus: aut exercitatio hominū aut approbatio: aut offensio ex quibus elicitur nōnūq; aliquid suspensionis: Sunt autē aliæ suspiciōes quæ cōiter ex negotiorū & ex personarum attributionibus sumuntur: Nā ex fortuna & ex natura: & ex uictu: studio factis casu orationibus: consilio & ex habitu animi aut corporis pleraq; pertinet ad eadē res: quæ rē credibile aut incredibile facere possūt & cū facti suspiciōe iunguntur. Maxime enim quæri oportet in hac cōstitutione primū potuerit ne aliquid fieri deinde & quo ab alio potuerit: Deinde facultas de qua ante diximus: deinde utrū id facinus sit quod p̄nitet̄ fuerit necesse: Itē quod spem celandi non haberet Deinde necessitudo in qua nō necesse fuerit id aut fieri: aut ita fieri: queritur. Quorum pars ad consilium pertinet quod personis attributum est: ut in ea causa quam exposuimus: ante rem erat̄: quid in itinere se tam familiariter applicuerit quod sermo nis causā quæsierit qui simul diuerterit: cœnarit In re nox somnus post rem quod solus exierit qđ illum tam familiariter comitatum tam æquo ani

mulum: quo d utique fieri non potuit per tempus nec haber et posse. Item loco fisci sed alicuius qui arguitur cædis ab eo loco ubi cædes facta est absentia declaratur. Tertio queritur utrum id facinus sit: quod p̄nitere fuerit necesse. Item quod spem celandi non haberet. deinde queritur an necesse fuerit id fieri. In quibus omnibus spectatur semper consilium. Quod si i his consilium cer nitur: & factum probatur consilium autē attributum personæ est. Ergo attributo personæ factū probatur huius rei docendæ causa supra positum thema tractando excutit̄ hęc argumenta ante

mo reliquerit: quod cruentum gladium habuerit horum pars ad cōsiliū pertinet. Queritur enim utrum uideatur diligenter ratio faciendi esse habita & excogitata: an ita temere: ut non uerisimile sit quenquam tam temere ad maleficium accessisse. In quo queritur num quo alio modo commodius potuerit fieri uel a fortuna administrari. Nā sepe si pecuniæ adiumenta: si adiutores desint facultas fuisse faciendi non uidetur hoc modo: si diligenter attendamus apta inter se esse intelligimus hæc quæ negociis: & illa quæ personis attributa sūt. hæc neque facile est: neque necessarium distingere: ut nemo i superioribus partibus quo pacto qđ que accusatorem & quomodo defensorem tractare oporteat. Non necessarium propterea quod cāposita quid in quaque conueniat res ipsa docebit eos qui non omnia hæc se inuenturos putabunt. Sed & ea quæ præcepta sunt comparatōis modo quandam animi in commune mediocrem intelligentiam conferent. Non facile autem quod & ifinitum est tot de rebus utranq; i partem sigilatim

dicatur aut alio modo fieri potuisse aut per fortunam consilio quod personæ est attributum: res probatur. Ex hoc: & ex superioribus illa conclusio est nasci posse communiter argumenta & ex p̄sonæ attributis: & ex negotiorū: Hanc igitur rationem si diligenter attendere uoluerimus: ista attributa inter se apte coniuncta & copulata cernēus negotiorū & personarum. Subiungit non oportere his omnibus præceptis subiici exempla ut doceat quemadmodum his uti accusator debeat quemadmodū defensor ut in superioribus docuit & dicit nō necessariū esse nō facile. Non necessarium ita qđ si qui aliquid diligentia afferte uoluerit ad ista præcepta: ista omnia pro materia genere facile cognitiōem retinebit. Non enim præceptor oia tribuit sed ex dictis ad similitudinem nō dicta intelligenda supponit. Non facile autē ideo dixit qđ ifinitum sit illis oibus præceptis exempla supponere. quomodo ante rem dicat accusator quomodo defensor quomodo in re: quomodo post rē. Item alia: quæ multa sūt: huc accedit quo maior difficultas sit: qđ illa omnia per partiū id est accusatoris & defensoris locos uersa utilitate tractantur. Nec enim inutiliter conueniūt. Unde illud melius est considerare cuncta ex proposito themate negotii. & si item & aduersarii rationem diligenter attendere & sic suspiciones atque argumenta colligere. Quare quid factū sit quo consilio qua spe perficiēdi: cur hoc modo factum cur ab hoc factum cur nullo adiutore: cur hoc cur nemo sit: cur sit cur hic sit cur hoc ante factum sit: cur hoc ante actum non sit: cur hoc in ipso negotio cur hoc post negotium: cur de industria factum aut rem ita sit consecutum an cōstet oratio uel cum re uel ipsa secum hoc huiusneri sit signum an illius an & huius & illius & utriusque potius quid factum sit quod non oportuerit: aut non factum quod oportuerit. Hac adhibita intentione cum coniecturam omne negotii corpus intrauerit tum facilius uidebitur esse præceptio ut locos omnium argumentorum se quodam modo offerentes uidere possimus. Ex quibus ut supra

rem: qđ in itinere se tam familiariter applicauit: quod sermonis causam quæsierit qđ simul diuerterit: cœnarit. Item in re. Mox somnus. Post rem qđ solus exierit: quod illud tam familiarē comitatum æquo animo reliquerit qđ cruentum gladium habuerit. Hæc ante rem i re post rē attributa negotio sūt quæ faciūt fidem negotio: Sed quoniā in his omnibus etiam cōsiliū spectat̄ fiet ut cum cōsiliū personæ sit attributū: & hæc omnia negotio sunt attributa: efficiat̄ negotii ex attributis personæ & negotiis communiter approbatio. Querit̄ enim utrum diligenter ratio faciendi uideatur habita: & excogitata: ut non uerisimile sit quenquam tam temere ad maleficium accessisse: in qua re quærit̄ num alio modo commodius fieri potuerit: uel a fortuna. Frequenter enim si pecunia si adiutoris adiumenta desint uidet̄ facultas faciendi defuisse: quod utique impugnari non potest nisi p̄ consilium. ut alio modo fieri potuerit. uel fieri a fortuna: Ergo ad expugnandas facultates quæ defunt: si subueniat sæpe consiliū cū

diximus modo ex singulis attributis modo ex cōiunctis argumenta nascuntur. quæ aut pbabilia erant aut necessaria ad eas res quæ rem credibilem aut incredibilem facere possunt. Quæ rem ique non personam cuius. s. attributū est: sed cum facti suspitione iungunt. Et hic rei eius unde iudiciū est non personæ cuius attributū est ut non id facinus sit: quod poenitere fuerit necesse. An notāda noua locutio poenitet me non illius rei sed poenitet me hanc rem. Tum ex singulis tū ex cōiunctis aut a causa: aut a psona: aut a factis: aut ex cōiunctis argumēta certa nascunt ut attributa psonæ a tributa facto uideant. Accedunt at sæpe ad cōiecturam quæstioes testimonia rumores. quæ cōtra omniā uterq; simili uia pceptorū torquere ad suæ causæ cōmodū debet. Præter hanc materiā qua cōiectura argumēta tribuit: a cā a psona: a facto accedūt aliæ pbatōes soli cōiecturæ semp adiuncte testimonia testimonia rumores. Hæc enim in aliis cōstitutiōibus nō ualēt quia nō adhibent ista nisi cum res negat. quæ oīa ista ad ptis cōmoda retorquēda sūt. Hoc pbatō his gēnus græci uocant q; cū his orator utiq; fidem quidem facit sed non oratōe. Hoc tullio minime placet. Dicit enim etiā hæc pbatōnū genera indigere arte & pari modo ut ex causa & psona & facto argumenta duci cū de tormentis testibus rumoribus disputatur ex illis scilicet attributiōibus quæ aut negotio aut personis uidentur esse subiunctæ. Namq; cū contra testes dicitur aut pro testibus utiq; attributa personæ cōtingenda sunt per naturam uictū & cetera: ut fides sit data testi ut aut possit aut nō possit adinberi. Hoc & in tormentis. Nā eius qui torquet excucienda persona est. Ergo omnia argumentis pbanda sūt. Quorum argumentorū genera duo sūt: unum propriū: commune aliud. Proprium est quod ipsius causæ & negotii est. Ut sextus roscius. Cū cædes facta ē romæ non fuit non ergo partē interfecit. Commune est quod trāsferri in similes causas potest filius patrē interfecit. Reclamat istiusmodi suspitionibus ipsa natura. Hoc argumenti gēnis quia trāsferri in similes causas potest cōmunis locus dicit. Locorū autē cōiūm genera duo sūt. Vnum cū certæ rei certa est amplificatio aliud: cū rei dubiæ est disputatio. Amplificatio rei certæ est: ut in paricidam in sacrilegiū. Dubiæ uero rei cōis locus est qui a græcis dicitur. Quæ hęc ptes duas. quæ iccirco locus cōis dicit q; ex materiæ genere non certū quid designat: sed habet tractatū ex generalitate cōi ut suspitionibus credi oportere uel non oportere. Sed hanc thesim ciuilem moralem ue teneamus: nō illā quæ apud philosophos naturalis est. Quilibet autē horum locorum cū interponit: interponi aut raro debet ornat oratōem. Neq; interponēdus locus nisi cū aliqd iā pbatū est. Etenim si locus cōis generalia loquitur quasi causā tenēs descēdit ad causā. Ius

de una quaq; re explicare: & alias aliter: hæc i utraq; que partē causæ solēt cōuenire. Quare cōsiderare hæc quæ exposuimus oportebit. Facilius at ad iuentionē animus incidet si gesti negotii & suam & ad uersarii narrationē sæpe & diligenter pertractabit & quod quæque pars suspitionis habebit eliciens cōsiderabit. Quare quo consilio qua spe perficiendi quicque factū sit: cur hoc mō potius q; illo: cur ab hoc potius q; ab illo: cur nullo adiutore: aut cur hoc cur: nemo sit cōscius: aut cur sit: aut cur hoc sit cur hoc ante factum sit cur: hoc anno factum non sit: cur hoc in ipso negotio: cur hoc post negotium: aut factū de industria aut quid rē ipsā cōsecutū sit. Constet ne oratio aut cū re aut ipsa secū hoc huius ne rei sit signū an illius: an huius & illius & utrius potius quid factū sit: quod non oportuerit: aut nō factū quod oportuerit. Cū animus hac intentiōe oēs totius negotii partes cōsiderabit tum illi ipsi in mediū cōseruati loci pcedent: de quibus ante dictū est: & tum ex singulis: tum ex cōiunctis argumēta certa nascētur. Quorum argumētorum pars probabilis: pars necessario in genere uersabitur. Accedūt autē ad cōiecturam sæpe quæstiones: testimonia rumores: quæ cōtra oīa uterque simili uia pceptorū torquere ad suæ causæ cōmodum debet. Nam & ex quæstione suspiciones ex testimoniis & ex rumore aliquo pari ratione: ut ex causa: & ex psona: & ex facto duci oportebit. Quare nobis & hi uidentur errare qui hoc gēnus suspitionum artificii non putant idigere: & hi qui alite

iudicem tenet quia iure iuratus sedēs audire desiderat unde sententiā platurus est. Ergo aut parte causæ pbata iudici utēdū est aut in peroratione idest epilogo: ut aut renouet: aut suscitetur adiutor. Omnis enim locus cōmunis locutiōum cūcta ornāmēta desiderat: quæ aut uerborū sūt: aut sententiā. Quæ dum apte ac necessario dicuntur oratorē ab oratore discernūt. Etenim cū loci cōmunes causarū sūt cōmunes oratoribus similitudine dictionis esse non possunt. Quæstiones testimonia rumores cū auctoritas fidem facit cū tormēta sūt. Hæc autē omnia quæ nō oratiōe argumentorū

hoc de genere ac de cōmuni cōiectura precipiendū putant: Omnis enim iisdem ex locis cōiectura sumenda est. Nam & eius qui in quæstione aliquid dixerit: & eius qui in testimonio & ipsius rumoris ueritas ex iisdē attributionibus reperietur. Omni autem in causa pars argumentorū est adiuncta ei causæ solū quæ dicitur ita & ab ipsa aducta: ut ab ea in qua ē separatim in omnes eiusdem generis causas trāsferri non satis commode possit. Pars autē est peruagator: & aut in oēs eiusdē generis aut in plerāq; causas accōmodata. Hæc ergo argumēta quæ trāsferri in multas causas possunt: locos communes nominamus: Nam locos cōmunes aut certæ rei quādam cōtinet amplificatiōem ut si q; hoc uelit ostēdere eū qui parētē necarit maximo supplicio esse dignū quo loco nisi porata & pbata cā nō est utēdū aut dubiæ quæ ex contrario quoque habeat pbabiles ratios argumētādi: ut suspitionibus credi oportere: & cōtra suspitionibus credi nō oportere. Ac pars locorū cōmuniū aut p indignationem: aut per cōquæstiōem iducit de quibus ē ante dictū. pars per aliquam pbabilem utraq; ex parte ratioem. Distinguit aut oratio atq; illustrat maxime raro in ducēdis locis cōibus & aliquo loco: iam certioribus illis auditoribus argumētis cōfirmatis. Nam & tū cōcedit cōmune quādam dicere: cū diligenter aliquis proprius causæ locus tractatus est: & auditoris animus aut renouat ad ea quæ restant: aut omnibus iam dictis exfuscat: Omnia enim oma

fas trāsferri non satis commode possit. hoc argumentum est solum non argumentum per locū communem. Quæ ex contrario duoque habeat pbabiles rationes credendum non credendum. Suspicionibus credi non oportere: aut oportere idest thesis. Per cōquæstiōem quod est proprium epilogorum de quibus ante dictum est in libro primo hoc est in epilogo idest in conclusione. Aliquam probabilem utraq; ex parte orationem. Hæc est credendum non credendum. Certioribus illis auditoribus scilicet. nam tum ei concedi commune quiddam dicere. Non debet enim locus communis induci cum ad huc nihil probatum est. Et animus auditoris renouatur ad ea quæ restant. Post probationem per locum communem. Aut omnibus iam dictis exfuscat. Quia & in epilogo sunt loci sæpe communes. Omnia enim ornāmēta locutiōis idest figure quæ sunt aut schemata dianoras aut schemata lexeos: aut schemata logii: ut quidam uolunt. Sic orato

fidē faciūt a græcis.

nominant nō quidē recte uterq; simili uia pceptorū & accusator & defensor. Nam & ex quæstione suspiciones & ex testimonio & ex rumore aliquo pari ratioe. Ideo fit ut arte egeat huiusmodi disputatio. Quoniā & cōtra hæc & p hinc sæpe dicēdū est: ut ex causa & ex psona & ex facto duci oportebit. Quæ ex cōfessione argumētis materiā tribuit: ut ex facto inq; duci oportebit. Ecce iam nō est

idest fides sine arte.

Hoc ceterū artificii nō putat indigere cū appellant

mine nullum uidetur abiectionem.
Sin autem certo nomine malefici uocabitur
in iudicium. Iam hic incipit inci-
dentis ad hoc thema alterius
status. i. finis quae statim sine &
supra posuit dicendo. Quid sit
maiestatem minuere praecipua
tractare. Sin aliud quoque ali-
quod genus quarumlibet constitu-
tionum: uel praecedentium: uel
sequentium quam plurimis in-
firmet rationibus: ut dicat non
fuisse: uel paret exercitus
Aut aliter non hoc aio fecisti:
sed ut perderes fecisti. Deinde
oportet accusatorem illud quod
ipse arguat ab eo quod defen-
sor comparet separare. Post il-
la superiora est hoc dicere oport-
tebit accusatorem contendere com-
parare. Et hoc extenuando ma-
lefici magnitudinem adaugere:
ut extenuet quod praestitisse se dicit
augeat quod admisit. Deinde oport-
ret illam ipsam comparatiuam iudica-
tionem exponere tanquam causam deli-
berariuam. In omnibus assumptiis quae
litibus post omnia argumenta ex
constitutione: quae sunt propria locum
extremus iterponit: quae si delibe-
ratiuae causae: in qua queritur quod faci-
endum sit: ut ex hoc probet quod faci-
endum fuerit: tanquam causam delibera-
tiuam: ut non iudicialis causa sit: sed
deliberatiua. & eodem genere aga-
tur: quasi sola ipsa esset: id est causa
deliberatiua in aliqua consultatione
ne: ut deliberatiua: non iudicia-
lis causa sit: hoc est. n. consulario De-
fensor autem quibus in locis ab accusa-
tore alia constitutiones inducent
si accusator coniectura. retorto
contra genere dicendi coniectura
ra defensor utetur. Pari gene-
re & sine pari: genere est com-
parationem ex contrario trac-
tabit: ut quod ille inutile: hic
uti let: quod ille inhonestum: hic
honestum dicat & caetera his similia.

Loci communes erunt accusatoris in eum qui cum de facto turpi aliquo aut inutili: aut utrumque fateatur: quærat tamen aliquam defensionem: & facti inutilitatem: aut turpitudinem cum indignatione proferre. Relatio criminis est cum reus id quod arguitur confessus alterius se inductum peccatum iure se fecisse demonstrat. Secundam speciem assumptiæ qualitatis relationem posuit Hanc definiunt per definitionem. Quæ constitutio nunc est cum alterius peccato se fecisse reus dicit quicquid admisit. Huius exemplum subiecit Horatius: qui sororem suam flentem interfecit. Et subiungit præcepta: primū ut siq̄ constitutio ante ipsam relationem tractari possit excutiat circa ipsum qui reus est. Nō hoc aio fecisti. Hoc unq̄ sic factū ē & in comparatione. Deinde qm̄ relatio refert actus ad alterū ut se defendat. dicit enī feci: sed ille meruit. Necessaria ē hic cæterum constitutionū rō tractabitur. Cū enī cœperimus dicere ille non meruit. & cōiectura eē potest: & finis. & q̄libet alia cōstitutio. Ergo accusator in defensione eius i quem reus trāsferit crimen: tractabit alias constitutiones. Hoc pacto fit ut licet relatio sit constitutio. In hac tamē adhibeamus alias cōstitutiones duobus modis. Vel circa personam ipsius rei quo aio fecerit: uel circa personā illā in quam reus trāsferit crimen. Post hæc igitur tractanda est ipsa relatio criminis quā in pceptis ab eodē subiectis cui uis facile ē recognoscere. Vsq̄ ad illā partē q̄ semp̄ sicut in supior̄ pcepto traditum est propositionē hēt quasi deliberatiuā. Quæ ex utilitatis hōestatisq̄ partibus qd̄ agendū ē quasi res in cōsulatione sit: declarat. Defensor habebit cūcta cōtraria. Sed si incidētes constitutiones aliæ fuerint: oīa ex eaq̄ diuersa parte tractabit. Itē per præcepta cōuertendo modū ad suam partē argumentando deducit eū locis cōmunibus: tā accusatori: q̄ defensori datis: quos ipse supponit. Postea si q̄ facultas erit ante relationem criminis: & eius argumenta cæteris cōstitutionibus accusator & reū onerare debet: & illū defendere i quē reus trāsferit crimē. Namq̄ dici potest: qd̄ fecisti: non hoc aio fecisti: Quod ē alterius cōstitutionis deinde & ille quē meruisse dicit: aut non meruit: aut non hoc

Loci communes erunt accusatoris in eum: qui cum de facto turpi aliquo: aut inutili: aut utroq̄ fateatur: quærat tamen aliquam defensionem & facti inutilitatem aut turpitudinem cum indignatione proferri. Defensoris nullum factum inutile: neque turpe: neq̄ itē utile: neq̄ honestum putari oportere: nisi quo animo quo tempore: qua de causa factum sit intelligat. Qui locus ita communis est: ut bene tractatus i hac causa magno ad persuadendum momento futurus sit. Et alter locus per quem magna cum amplificatione beneficij magnitudo ex utilitate aut honestate: aut facti necessitate demonstratur: Et tertius per quē res expressa uerbis ante oculos eorum qui audiunt ponitur: ut ipsi se quoq̄ idem facturos fuisse arbitrentur si sibi illa res atque ea faciendi causa per idem tempus accidisset. Relatio criminis est: cum reus id quod arguitur confessus alterius se inductum peccato iure fecisse demonstrat. Ea est huiusmodi. Horatius occisis tribus curiatis & duobus amissis fratribus: domum se uictor recepit. Is cum animaduertent sororem suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autem nomen appellatam identidem curiatis cum gemitu & lamentatione: indignè passus uirginem occidit: accusatur. Intentio ē iniuria sororem occidisti. Depulsio est. Iure occidisti. Quæstio est: iure num occidisti? Relatio est. Illa enī hostium mortem lugebat: fratrum negligebat: me & populum romanum uicisse moleste ferebat. Infirmitas est. Tamen a fratre indemnata necari non oportuit: ex qua iudicatio fit. Cum oratio fratrum mortem negligeret: hostium lugeret. fratris: & populi Romani uictoria non gauderet: oportuerit ne eam a fratre indemnata necari. Hoc in genere causæ primum: si qd̄ ex cæteris dabitur constitutionibus sumi oportebit: sicut in comparatione præceptum ē: Postea si qua facultas erit per aliq̄ constitutionem illum in quē crimen trāsferatur defendere. Deinde leuius eē illud: quod in alterum peccatum reus trāsferat: quā qd̄ ipse susceperit

Postea translationis partibus uti: & ostendere a quo & per quos: & quomodo: & quo tempore: aut agi: aut iudicari: aut statui de ea re conuenit: ac simul non oportuisse ostendere ante supplicium: quam iudiciū interponeri. Tum leges quoq̄ & iudicia demonstranda sūt: per quæ potuerit id peccatum: quod sponte sua reus punitus sit moribus: & iudicio uindictari. Deinde negare debet: audiri oportere id quod in criminibus conferatur: De quo is ipse q̄ conferat iudicium fieri noluerit: & id quod iudicatum non sit pro infecto heri oportere. Postea impudētiam demonstrat eorum qui eum nunc apud iudices accusēt: quem sine iudicibus ipsi condēnarint: & de eo iudicium faciant d' quo iā ipsi supplicium sumpserint. Postea perturbationē iudicii futuram dicemus. & iudices longius quam potestatem habeatur progressuros: si simul & de reo. & de eo quem reus arguat iudicauerint. Deinde hoc si constitutum sit: ut peccata homines peccatis & iniurias iniuriis ulciscantur: quantum incommodorum cōsequatur. Ac si idem facerē ipse qui nunc accusat ualuisse: ne hoc quidem ipso quicquam opus fuisset iudicio. Si uero cæteri quoq̄ idem faciant: omnino iudicium nullum futurum. Postea demonstrabitur ne si iudicio quidē illa damnata eēt: i quam id crimen ab reo conteratur: potuisse hunc ipsum de illa supplicium sumere. Quare esse indignum eum qui ne d' damnata quidem pœnas sumere potuisset: de ea supplicium sumpsisse: quæ ne adducta quidem sit i iudicium. Deinde postulabit: ut legem qua lege fecerit proferat: Deinde quæadmodum i comparatione præcipiebamus: ut illud quod comparabatur extenuaretur ab accusatore quam maxime: sit i hoc genere oportebit illius culpā in quem crimē trāsferetur cum huius maleficio q̄ se iure fecisse dicat comparari. Postea demonstrandum ē non esse illud eiusmodi: ut ob id occisio fieri conueniret. Extrema ē: ut in comparatione assumptio iudicationis: & de ea per amplificationem ex deliberationis præceptis dicto. Defensor autem quæ per alias constitutiones inducentur: ex his locis qui traditi sunt insermabit. Ipsam autem relationem cōprobabit: primū

pacto meruit. Quod utiq̄ aliarum est constitutionum. Ita ante q̄ ex præceptis relationis aliquid agamus constitutionibus reliquis & circa rei personam uti possumus: ut eum arguamus: & circa personam eius: in quē crimen trāsferatur: ut eum defendentes: reum accusare possumus. Postea translationis uti partibus præscriptione. Non tibi enim licuit occidere. Deinde negare audiri oportere: ut dicamus hodie audiendus tu nō es. Siquidem & tu illam quam punitus es audire non uoluisti. Et id q̄ iudicatum non sit pro infecto haberi oportere. Mentiris: quod dicis sororem fleuisse quia non est inde iudicatum. Nunc apud iudices accusent: quam sine iudicibus ipsi condēnarint. Modo crimen ingens posteaq̄ pœnas sumpisti de sorore. Ac si idem facere ipse q̄ nunc accusat: ualuisse: ne hoc quidem ipso quicquam opus fuisset iudicio: ut & hic qui Oratiū accusat potuisset sine iudicio illam quasi peccantem occidere. Si uero cæteri quoq̄ idem faciant: oīno iudicium nullū futurum. Foritici syllogismi fecit formam qui in infinitum semper de infecta rei definitione porrigit: ut granū: cumulus: acruus Occidit Oratius. Occideret accusator. Ita semper sine iudicio erit pœna: potuisse hunc ipsum de illa sumere supplicium: quasi de sorore. Et de ea per amplificationem ex deliberationis præceptis dicto: ut dicas iustum: honestum utile: uel cōtra. quæ omnia in deliberationis præceptis tractantur: ut reselli: & in cōtrariam partem cōverti possunt ut cum supra uerbi causa dictū sit ab accusatore: non debuisset a fratre interfici sororem. Dicat hic magis a fratre debuisset ut ne ab ipso quidem qui fecisset in dubium uocaretur: ut negare non posset quod admisisset: q̄ hæc uictoriā rōanā lugeret. ex iudicio: & perturbatione qm̄ si erat occisa iudicio: q̄ occisa ē.

augendo eius in quem ferret crimen culpam & audaciam: & quae maxime per indignationem: si res ferret iuncta cum quaestione ante oculos ponendo. Postea leuius demonstrando reum punitum quam sit ille pro merito: & suum supplicium cum illius iniuria conferendo. Deinde oportebit eos locos qui ita erunt ab accusatore tractati ut refelli: & contrariam in partem conuerti possint. Quo in genere sunt tres extremi contrariis rationibus iustificare. Illa autem acerrima accusatorum criminatio per quam perturbationem fore omnium iudiciorum demonstrant: si de indemnato supplicii sumendi potestas data sit leuabitur. Primum si eiusmodi demonstrabitur iniuria: ut non modo uiro bono uerum etiam homini libero uideatur non fuisse tolleranda. Deinde ita perspicua: ut ne ab ipso quem dem qui fecisset in dubium uocaretur. Deinde eiusmodi: ut in ea is maxime debuerit animaduerti qui animaduertit: ut non tam rectum: non tam fuerit honestum: in iudicium illam rem peruenit quam eo modo atque ab eo uindicari quomodo: & ab quo sit uindicata. Postea sic rem fuisse apertam: ut iudicium de ea re fieri nihil attinuerit. Atque hic demonstrandum est rationibus & rebus similibus: per multas ita atroces & perspicuas res esse: ut de his non modo non necesse sit: sed ne utile quidem quin mox iudicium fiat expectare. Locus communis accusatoris in eum qui cum id quod arguitur negare non possit: tamen aliquod sibi spei comparat ex iudiciorum perturbatione. Atque hic utilitas iudiciorum demonstratio: & de eo quaestio qui supplicium dederit indemnatus: in eius autem qui sumpserit audaciam & crudelitatem indignatio. Ab defensore in eius quem ultus sit audaciam sui quaestione: rem non ex nomine ipsius negotii sed ex consilio eius qui fecerit: & causa & tempore considerari oportere: quid mali futurum sit: aut ex iniuria aut ex scelere alicuius: nisi tanta & tam perspicua audacia ab eo ad cuius famam: aut ad parentes: aut ad liberos pertinuerit: ad aliquam rem quam caram esse omnibus: aut necesse est. aut oporteret esse fuerit uindicata.

^{De Crimine}
De Remotione.

Emotio criminis est cum eius intentio facti quod ab aduersario inferitur in alium: aut in aliud dimouetur. Id fit bipartito. Nam tum causa: tum res ipsa reuuetur. Causae remotionis. hoc nobis exemplo sit Rhodii quosdam legarunt Athenas. Legatis quaestores sumptum quem oportebat dari non dederunt: Legati profecti non sunt. Accusantur. Intentio est. Proficisci oportuit Depulsio est: Non oportuit. Quaestio est. Oportuerit ne. Ratio est. Sumptus enim qui de publico dari solent: is ab quaestore non est datus. Infirmatio est. Vos tamen id quod publice uobis datum erat negotii conficere oportebat. Iudicatio est: cum is qui legati erat sumptus qui de publico debebatur non daretur. oportuerit ne eos conficere nihilominus legationem: Hoc in genere primum sicut in ceteris: si quid aut ex coniecturali: aut ex alia constitutione sumi possit: uideri oportebit. Deinde plerumque ex comparatione & ex relatione criminis in hanc quoque causam conuenire poterunt. Accusator autem illum cuius culpa id factum reus dicet primum si poterit defendet. Sin minus poterit negabit ad hoc iudicium illius: sed huius quem ipse accuset culpam pertinere postea dicet suo quocumque officio consulere oportere: nec si ille peccasset hunc oportuisse peccare deinde si ille deliquerit separatim illum sicut hunc accusari oportere. & non cum huius defensione coniungi illius accusationem. Defensor autem cum & cetera si qua ex aliis incident constitutionibus protrahit. de ipsa remotione sic argumentabitur. Primum cuius accidit culpa demonstrabit. Deinde cum id aliena culpa accidisset: ostendet se aut non potuisse: aut non debuisse id facere quod accusator dicat oportuisse. Quod non potuerit: ex utilitatis partibus in quibus est necessitudinis uis implicata demonstrabit. Quod non debuerit: ex honestate considerabitur. De utroque distinctius in deliberatione genere dicitur. Deinde omnia facta esse ab reo quae in ipsius fuerint potestate quod minus quam conuenit factum sit culpa id alterius accidisse. Deinde in alterius culpa exponenda demonstrandum est quantum uoluntatis & studii fuerit in ipso & id signis confirmandum huiusmodi: ex cetera diligentia: ex ante factis: aut

r Emotio criminis est cum eius intentio facti quae ab aduersario inferitur in alium: aut in aliud demouetur. Definitio. Haec tertia species assumptiuae qualitate remotio criminis dicitur. quae definita est sic. Cum intentio facti remoueretur: uel in alium: uel in aliud: ipsa autem remotio nunc rei est nunc causa. Sed si causa remouetur: uel in hominem remouetur uel in rem. Sin autem res remouetur tamen in hominem remouetur: uel ab homine causa remotionem in hominem docuit per exemplum de legato rhodiorum causa remotionem in rem in eodem exemplo ostendit cum dixit mortuo quaestor si legatus uaticum non accepisset. Verum praecipua tradidit quibus uteretur accusator cum argueret eum qui causam facti in hominem remoueret. Et est primum: ut accusator eum defendat in quem culpa remouetur. Sed si hoc non potuerit dicat hoc iudicium aliud esse illud aliud deinde dicat uni cuique suum esse officium hunc non potuisse peccare. Illum rerum esse posse non debere tamen coniungi defensionem huius cum illius accusatione. Haec in remotionis partibus integris complendis accusatoris sunt. Defensoris autem haec primum ut quocumque accusator ex aliis constitutionibus argumenta fecerit soluat. deinde accuset eum cuius causa peccasse dicit. Deinde doceat se aliter facere: nec potuisse: nec debuisse: non potuisse: ex utilitatis partibus: non debuisse ex honestatis: de utroque autem in deliberatione generatim tractabit: deinde dicat a se omnia facta esse quae facere potuerit. Percurret omnia uita suae praeterita: dicta: facta consilia: ut probeat suam non fuisse culpam cum hoc non impleuerit. cum uero causa non in hominem: sed in rem remouetur omnia eadem praecipua accusatoris & defensoris erunt. Excepta uel accusatione hominis in quem remotio fit: uel defensione rei. Remotio cum fit: dicitur exemplum de adolescente qui porcum tenuit. Remouet. n. a se factum: & dicit si fuisse suae potestatis

facere uel non facere. Hic nascitur illud nouum: ut fiat remotio rei non in hominem: sed ab homine: & existat constitutio ab accusatorum cum dicit. Quod fecisti: non tu facere debuisti. Exemplum dedit de praetore qui cum consules deberent: populum ad arma conuocauit. hic praecipua datur exprimamus quid cuiusque sit potestatis: quod officii ex utilitatis partibus & honestatis: & ut hoc probemus exemplis. deinde adiungit locos communes: si qui esse possunt: aut indignationis: aut conuersionis: ut uterque sibi propriis partibus sumat in alium: aut in aliud demouetur: aut in personam: aut in rem. de utroque distinctus & de honesto: & de utili. Si non in hominem certum: sed in rem aliquam: causa demouetur hucusque in personam: nunc in rem causa remouetur: Accusatione alterius: & culpae depulsiōe adempta: ceteris similiter uti locis oportet. In tua depulsiōe. Reliqua talia persueuerant in rem: quia haec fuerunt in personam. Ipsius autem rei sit remotio: cum id quod datur crimini negat neque ad se neque de officium suum reus pertinuisse. Nunc remotio rei. Nam supra causae docuit remotionem & in hominem & in rem: sed remotio rei tantum in hominem fit: & fit duobus modis. Nam nunc remotio fit rei ab eo qui reus est: nunc remotio fit rei ab eo qui accusator est. quod erit nouum ut status ab accusatore nascatur. Atque in hoc genere remotiuae constitutionis ubi tantum res non causa remouetur.

dictis: atque hoc ipsi utile fuisse facere: inutile autem non facere: & cum caetera uita fuisse hoc magis consentaneum quod propter alterius culpam non fecerit. Si autem non in hominum certum: sed in rem aliquam causa dimouebitur: ut in hac eadem re: si quaestor mortuus esset & iccirco legati pecunia non data esset: accusatione alterius & culpae depulsiōe dempta caeteris similiter uti locis oportet: & ex concessionis partibus quae conuenient assumere: de quibus post uobis dicendum erit. Locum autem communes idem utriusque fere qui superioribus assumptiuis incident. Hi tamen certissime: accusatoris facti indignatio. Defensoris cum in alio culpa sit: aut in ipso non sit: supplicio se reum affici non oportet. Ipsius autem rei sit remotio: cum id quod datur crimini negat neque ad se neque ad officium suum reus pertinuisse: nec si quod in eo sit delictum sibi attribui oportere. Id causae genus huiusmodi. In eo foedere quod factum est quodam cum samnitibus: quidam adolescens nobilis porcā sustinuit iussu imperatoris. Foedere autem ab senatu improbato & imperatore samnitibus dedito: quidam in senatu eum quoque dicunt qui porcā tenuerit dedit oportere: Intentio est: Dedit oportet. Depulsiō est. Non oportet. Quaestio est. Oporteat ne. Ratio est. Non enim meum fuit officium nec mea potestas: cum & id aetatis & priuatus essem & esset summa cum auctoritate & potestate imperator qui uideret ut satis honestum foedus feriret. Infirmitas est. At enim quoniam particeps tu factus es in turpissimo foedere summam religionis deditae conuenit. Iudicatio. Cum is qui potestatis nihil habuerit iussu imperatoris in foedere & in tanta religione interfuerit dedendus ne sit hostibus nec ne. Hoc genus causae a superiore hoc differt: quod in illo concedit se reus facere oportuisse id quod fieri dicat accusator oportuisse: sed alicui rei aut homini causam attribuit quae uoluntati suae fuerit impedimento sine concessionis partibus. Nam eorum quaedam maior uis est quod paulo post intelliget. In hoc autem non accusare alterum: nec culpam in alium transferri debet: sed demonstrare eam rem nihil ad se: neque ad potestatem neque ad officium suum pertinuisse aut pertinere: Atque in hoc genere hoc accidit noui: quod accusator quoque saepe ex remotione criminationem conficit: ut si quis eum accu-

set qui cum praetor esset in expeditioem ad arma populum uocavit cum consules adesset. Nam ut superior exemplo reus ab suo officio ac potestate factum dimouebat: sic in hoc ab eius officio ac potestate qui accusator ipse accusator factum remouendo hac ipsa ratione confirmat accusationem: In hac ab utroque ex omnibus utilitatis: partibus. exemplis: signis ratiocinando: quod cuiusque officii iuris: potestatis sit quae oportet: & fuerit ne ei de quo agitur: id iuris officii potestatis attributum nec ne. Locos autem communes ex ipsa re si quid indignationis ac conuersionis habebit: sumi oportet.

De concessione.

Concessio est per quam non factum ipsum improbat ab reo: sed ut ignoscatur id petitur. Cuius partes sunt duae: purgatio: & deprecatio. Purgatio est per quam eius (qui accusatur) non factum ipsum: sed uoluntas defenditur. Ea habet partes tres. Imprudentiam Casum: Necessitudinem. Imprudentiam est cum fuisse aliquid is (qui arguitur) negatur. Ut apud quosdam lex erat: ne quis dianae uitulum immolaret. Nautae quidam cum aduersa tempestate in alto iactarentur: uouerunt si eo portu quem conspiciebant potiti essent: ei deo qui ibi esset se uitulum immolatuos. Casu erat in eo portu phanum dianae eius cui uitulum immolare non licebat. Imprudentes legis cum exissent uitulum immolauerunt. Accusantur. Intentio est. Vitulum immolastis ei deo cui non licebat depulsiō est in concessione posita. Ratio est nesciui non licere. Infirmitas est. Tamen quoniam fecisti quod non licebat ex lege supplicio dignus es. Iudicatio est cum id fecerit quod non oportuit: & id non oportet nescierit: sit ne supplicio dignus. Casus autem infertur in concessione cum demonstrabitur aliquis fortunae uoluntati obstitisse: ut in hac: Cum lacedaemonis lex esset: ut hostias nisi ad sacrificium quoddam redemptor praebuisset capitale esset: hostias is qui redemerat cum sacrificii dies instaret in urbem ex agro coepit agere: tum subito magnis commotus tempestatibus fluuius eurotas is qui prope lacedaemonem fuit: ita magnus & uehemens factus est: ut eo traduci uictimae nullo modo possent. redemptor suae uoluntatis ostendendae causa hostias constituit omnes in littore: ut qui trans flumen

Concessio est per quam non factum ipsum probatur ab reo: sed ut ignoscatur id petitur. Quarta species est in assumptiua qualitate concessio. Hanc definit ita: cum non factum purgamus: sed ut ignoscatur petitur. Hanc partitur in duo: in purgationem: & deprecationem. Et purgationem definit: ita cum non factum purgamus sed uoluntatem. Id fieri dicit tripliciter. Si autem imprudentes faciamus: aut casu: aut necessitate. Imprudentiae datur exemplum de uitulo immolato. Item casus de eo: qui hostias praesto non habuit ad diem certum. Item necessitatis: de rostrata nauis in portu ubi non licebat inueta. Haec tria exempla iccirco iuncta posuit: quia eorum omnium similis praecipua est. Nam quoque ut & in superioribus: ita & hic primum coniecturaliter agendum ab accusatore. Ut id quod reus negat se uoluntate fecisse: consilio factum doceat ac uoluntate. Deinde subiungit finitimi status tractatum. Qui ut supra docuit quadruplex est: definitio breuis. Astrictio definitionis. Et tertio loco si asserit deductio est definitio nis ad speciem: si uero non asserit: separatio definitionis a specie. Quarto loco: sit destructio definitionis partis dauere se. Verum hic omnia destructione definitionis partis aduersae: reliqua tria complebuntur. Ut breuiter definiat causum: imprudentiam: necessitatem. Deinde adiungat ad probatorem definitionis per exempla.

Tertio loco separet a definitio ne quod reus fecit & id ostendat esse dissimile. quod sit eius facinus: non ignobile: non fortuitum: non necessariū demonstret post hęc potuisse uitari potuisse. puideri. Et id doceat quemadmodum. deinde adiungat accusator alteram definitiōnem per quam nomia alia supponat imprudentiæ casui necessitati. Inertiam negligentiam fatuitatem. Post hęc illud adicit uti excutiamus ne forte necessitas habuerit turpitudinem. Ut disputari possit mori melius fuisse. ne tantam turpitudinem subiremus. Post hęc dicit adiungendum esse tractatum de iuris & æquitatis natura de qua & in negociali q̄litate tractatum est. Et maxime in absoluta iuridicali. quæ duæ qualitates solis uidentur distare temporibus: nam rerum tractatu eodem continentur. Post hęc

essent uidere possent. Cum omnes studio eius subitam fluminis. magnitudinem scirent fuisse impedito: tamen quidam capitis accerserunt. Intentio est. Hostiæ quas debuisti ad sacrificium præsto non fuerunt. Depulsio est concessio. Ratio. Flumen enim subito creuit: & ea re traduci non potuerunt: Infirmatio est. tamen quoniā quod lex iubet non factum est: supplicio dignus es. Iudicatio est. Cum in ea re contra legem redemptor aliquid fecerit qua in rei studio eius subita fluminis obstiterit magnitudo: supplicii dignus ne sit. Necessitudo aut infertur cum in quadam reus id quod fecerit fecisse defenditur hoc modo. Lex est apud Rhodios. ut si qua rostrata in portu nauis deprehensa sit publicetur. Cum magna in alto tēpestas esset uis uentorum inuitis nautis Rhodiorum in portu nauim coegit. Quæstor nauim populi uocat. Nauis dominus negat oportere publicari. Intentio est. Rostro nauis in portu dephēsa est depulsio ē concessio. Ratio. Vi & necessario sumus in portu coacti. Infirmatio est. Nauim ex lege tamen populi esse oportet. Iudicatio est. Cum rostro tam nauim in portu deprehensam lex publicarit. Cumq; hęc nauis inuitis nautis uis tempestatis in portum coniecta sit oporteat ne eam publicari. Horum trium generum iccirco in unū locum cōtulimus exempla: quod similis in ea præceptio argumentorum traditur. Nam in his omnibus primū si quid res ipsa dabit facultatis: coniecturam induci ab accusatore oportebit: ut id quod uolūtate factum negabitur consulto factum suspitione aliqua demonstratur. Deinde inducere diffinitionē suspitionem necessitudinis: aut casus: aut imprudentiæ. & exempla ad eā diffinitionem adiungere: in quibus prudentia fuisse uideatur: aut casus: aut necessitudo: & ab his id quod reus inferat separare: & id ostendere difficile: quod leuius: facilius: non ignobile: non fortuitum: non necessarium fuerit. Postea demonstrare potuisse uitari: & hac rōe prouidere potuisse: si hoc aut illud fecisset: aut ne sic fecisset præcaueri: & diffinitionibus ostendere non hanc imprudentiam: aut casum: aut necessitudinē: sed inertiam: negligentiam: fatuitatem nominari oportere. Ac si quam necessitudo turpitudinē uidebitur habere oportebit per locorum communium implicationem

redarguētem demonstrat quid uis perpeti mori dicitur fatius fuisse quam eiusmodi necessitudini obtemperare. Atq; tum ex his locis de quibus in negociali parte dictum ē: iuris & æquitatis naturam oportebit quærere: & quasi in absoluta iuridicali per se in hoc ipsum rebus omnibus separatim considerari. Atq; hoc in loco si facultas fuerit exemplis uti oportebit: quibus in simili excusatione non sit ignotum: & contētionem magis illis ignoscendum fuisse & ex deliberationis partibus turpe aut inutile eē concedi eam re quæ ab aduersario commissa sit: & permagno futurum de trimēto: si ea res ab his qui potestatem habet iudicandi neglecta sit. Defensor autem conuersis omnibus his partibus poterit uti. Maxime autem in uoluntate defēda commorabitur: & in ea re adaugēda quæ uolūtati fuerit impedimēto: & se plusquam fecerit facei non potuisse: & in omnibus rebus uoluntatē spectari oportet: & se conuicti non posse quod non absit a culpa: & ex suo nomine communem hominum infirmitatem posse damnari. Deinde nihil eē indignus quam eum qui culpa careat supplicio non carere: Loci autem communes hi sunt accusatoris in confessione: & quāta potestas peccandi relinquatur: si semel institutum sit ut non de facto: sed de facti causa quæratur. Defensoris est conuictio calamitatis eius quæ non culpa: sed in maiori quadam acciderit: & de fortunæ potestate & hominum infirmitate. et uti suū animū non euentum consideret. In quibus oibus conuictio suarū erumnarū: & crudelitatis aduersariorum indignationē in eē oportebit. Ac neminē mirari conueniet: si aut in his: aut in aliis exemplis scripti quoq; controuersia adiūctā uidebit. Quo de genere post erit nobis separatim dicēdū. Propterea quod quædam genera carum simpliciter & ex sua uis considerantur: Quædam aut sibi aliud quoq; aliud quod controuersia genus assumūt: Quare omnibus cognitis non erit difficile in unam quamque causam transferre. quod ex eo quoque genere conueniet: ut in his exemplis concessionis inest omnibus scripti controuersia ea quæ ex scripto & sententia nominat. Sed quia de concessionem loquebamur in eam præcepta dedimus. Alio autem loco de scripto & sententia dicēus. nūc

dicit adiungēda exempla: si tñ factas dabit. In quibus doceāus si mili de cā nescio quibus ueniā si eē concessā: & adiungāus illis fuisse magis tribuēda. Postreō ex partibus deliberationis: turpe & inutile doceāus eē concedi. et magnū piculū futurū: cū tanta res admissa sit: si non fuerit a iudicibus uindicta. Contra hęc defensor conuersione utet hęc. Maxime aut ut defēdat uoluntatē: & augeat quod uolūtati fuit impedimento: & doceat nihil alius se potuisse facere quod fecit deinde indicat locū cōmunē uoluntatē expectari oportet. deinde conuictio cū culpa careat: se affici supplicio cōmunē hominem eē infirmitatē. Loci uero cōmunes accusatoris hi sunt in eū qui confitetur: & alteri peccandi licentia tribuit: si non de facto sed de uoluntate quæratur. Defensoris conuictio ē de calamitate quæ non culpa sua sed uis maiore peccarit. Alter locus de fortunæ potestate & infirmitate hominum. Tertius locus animi non euentū considerari. Post hęc exempla atq; tractatus admonet quod in omnibus exemplis supra positas leges sint. Unde necessario iccirco tractatus erit legales: sed hoc negat esse mirandū quod carū gratia quæ simpliciter explicant quædam cōiuncta sunt. unde quod omnia præcepta cognouerit quicquid prospexerit in exemplo tractatōe locorum necessaria persequetur. Nam cū hic & leges sint necessario quod legum præcepta sunt cōplecti debent de quibus post dicit. Nūc tñ ea præcepta posuit quæ concessioni de qua tractatus erat cōuenient. Si quod res ipsa dabit facultatis cōiecturā induci ab accusatore oportebit ut dicat accusator per cōiecturā aut prudenter fecisse aut non casu fecisse aut non necessitate sed uolūtate fecisse. Atq; tñ ex his locis iuris atq; æquitatis naturam oportebit quærere. Et quod in absoluta iuridicali se hoc ipsum ab omnibus separatim considerari: quoniam cōuenit negociali absoluta qualitas tractata rebus: & distat

tantummodo tēpore. quia ne gocial de futuro iusto agit. Absoluta de praterito. Si aut in his aut in aliis exēplis scripti quoq; controuersiam adiunctā uidebit. Hoc praecepto ostendit incidere semper legales posse cōtrouersias constitutionibus principalibus: Nec aliquando legales status posse existere principales. Depræcatio est in qua nō defensio facti sed ignoscendi postulatio continet hoc genus uix in iudicio probari potest. Secunda pars concessiois depræcatio est. Hanc definiuit ita cum non factū defendimus sed aperte ueniam postulamus. Hoc autem actionis genus nō frequenter incurrit in iudiciis. Sed in senatu aliquotiens & a pud populum. Dat exemplū uel quinti numitorii: uel Syphacis. Vbi aperta nulla alia constitutione uenia postulata sit. Subiungit praecepta: pmo eius qui ut ignoscatur postulat: ut sua beneficia cōmemoret: si qua habuerit in uita praterita: & ea doceat eē maiora quam esset factum unde reus est. deinde maiorum suorum beneficia ostendat. deinde dicat se non odio neq; crudelitate fecisse quod fecerit: sed stulticia aut alicuius impulsu: deinde polliceatur se alicuius profuturum: deinde ostendat se consanguineū: magnis ac principalibus uiris: uel amicis cum deinde amplitudinem suam & uoluntatis & generis. Et eorum uoluntatem ostendat qui de se iudicent: & omnia q; personæ amplitudinē honeste

in alteram concessionis partē considerationē intendemus. Depræcatio ē in qua nō defensio facti: sed ignoscendi postulatio continet. Hoc genus uix in iudicio probari potest: ideo quod concessio peccato difficile ē ab eo q; peccatorū uindex eē debet ut ignoscat impetrare. Quare pte eius generis cū cām non in eo constitueris uti licebit: ut si pro aliquo claro: aut forti uiro cuius in rempū multa sint beneficia dicere possis. cū uidearis. non uti depræcatioe: uti tamen ad hunc modum. Quod si iudices hic pro suis beneficiis: pro suo studio quod in uos semper habuit: tali uos tēpore multorū suorum recte factorū causa uni delicto ut ignosceretis postularer: tā dignū uestra mansuetudine: quam uirtute eius eēt o iudices a uobis hanc rē hoc postulāte impetrari. Deinde augeri beneficia licebit: & iudices per locum communem ad ignoscendi uoluntatem deducere. Quare hoc genus quāquam in iudiciis non uersatur nisi quāda ex parte: tamen q; & pars ipsa inducenda nō nunquā est: in senatu aut consilio saepe oī in genere tractanda: in id quoq; praecepta ponemus. Nā in senatu & in consilio de siphace diu deliberatū est: & de Quinto Numitorio pullo: apud. L. optimū: & eius consiliū diu ductum ē: & magis in hoc quidem ignoscendi quam cognoscendi postulatio ualuit. Nā semper animo bono se in populum romanū fuisse non tam facile probabat cum coniecturali constitutione uteretur: q; ut ppter posterius beneficiū sibi ignosceretur: ut depræcatiois partes adiungeret: Oportebit igit eum qui sibi ut ignoscatur postulabit: si qua sua poterit beneficia cōmemorare & si poterit ea ostendere maiora eē q; hęc quæ deliquerit: ut ab eo plus boni q; mali profectū esse uideat. Deinde maiorum suorū beneficia si qua extabūt proferri. Deinde ostendetur non odio neq; crudelitate fecisse quod fecerit: sed stulticia: aut impulsu alicuius: aut aliqua honesta: aut probabili causa. Postea polliceri & cōfirmare se: & hoc peccato edoctum: & beneficio eorū qui sibi ignouerint confirmatum: omni tēpore a tali ratione abfuturum. Deinde spē ostendere aliquo se in loco magno his qui sibi concesserint usui futurū. Postea si facultas erit: se aut consanguineum: aut etiam a maioribus & primis amicis esse demonstrabit: & amplitudinem suæ uoluntatis & nobilitatē generis eorū

remq; demonstrant. Sed hęc cum conuersione potius quam cum arrogantia. Post hęc adiungere exempla debet: in quibus doceat: aut simili de causa ignotū multis: aut maiora concessa delicta. Deinde doceat se in potestate item fuisse: & id ignouisse quam plurimis. Postremo ipsum peccatum extenuare debebit. & comparare pp paruū admissum se hominē tali honore excellentē supplicio affici nō oportere quo afficiuntur ceteri qui maiora committunt. Hęc confirmat locis cōmunibus qui ad captandam misericordiam in primo libro uidetur expositi. Sed cōtra

qui se saluum uelint: & dignitatem ostendere: & cetera ea quæ personis ad honestatem & amplitudinē sunt attributa cum quæstione sine arrogantia in se eē demonstrabit: ut honori potius aliquo quam ullo supplicio dignus eē uideatur. Deinde ceteros proferri quibus maiora delicta concessa sūt ac multum proficiet si se misericordem in potestate propensum ad ignoscendum fuisse ostēdet. At q; ipsum illud peccatum erit extenuandum: ut quam minimum obfuisse uideatur: & aut turpe: aut inutile demonstrandum tali d' homine supplicium sumer. Deinde communibus locis misericordiam captare oportebit: ex his praeceptis quæ in primo libro sunt exposita. Aduersarius autem malefacta augebit. nihil imprudēter: sed omnia ex crudelitate & malitia facta dicet. Ipsum in misericordē superbum fuisse: & si poterit ostēdet semper inimicum fuisse: & amicū fieri nulluo modo posse. Si beneficia proferret reus: aut aliqua d' causa facta non propter beniuolentiam demonstrabit: aut postea odium acre eē susceptum: aut illa omnia maleficiis deleta: aut leuiora beneficia quam maleficia: aut cum beneficiis honor habitus sit: pro maleficio pœnam sumi oportet. Deniq; turpe eē aut inutile ignosci. Deinde de quo ut potestas eēt saepe optarint in eum potestatem non uti summam eē stultitiam: & cogitari oportet quē animū in eū & q; optime abuerint. Locus at communis erit in dignatio maleficii: & alter eorum misereri oportere q; pp fortunam non pp malitiā in miseris sint: Quoniam igit in generali constitutione tā diu propter eius partium multitudinē commemoramur ne forte uarietate & dissimilitudine rerū deductus alicuius animus in quēdam errorē deferat. Quid ē nobis ex eo generē restat & quare restat admonēdum uidetur Iuridicalem causam eē dicebamus in qua æqui & iniqua natura & præmiū aut pœnæ ratio querit. Eas

hunc qui dicit primum maleficiū augebit. deinde dicit nihil imprudēter factum: sed crudeliter & inimice omnia ipsum immisericordē immitem superbū inimicum sepe fuisse. Amicum nunquam futurum: & si beneficia protulerit ille quoniam petis is q; contra dicit docere debet causa alia si beniuolentia præstet. Aut aliud maius postea consecutum. & hoc malo beneficia superiora deleta. Aut leuiora beneficia maleficiis. Aut ut honor habitus est benefactis pro maleficio pœna summatur. deinde ut per locum communem dicat turpe esse & inutile ignosci: deinde oportet tatum fuisse. ut reus aliquando fieret: & nunc non uindicari. Postremo cogitare debere quali animo circa eum fuerit: & quali odio. Locis communes eius erunt indignatio maleficii & alter ut eorum miserentur qui fortuna non malitia peccauerunt. Nam & in senatu de siphace diu deliberatum est. Ita hic docet postulatum esse ueniam per depræcationem. Nam semper animo bono in populum fuisse non tam facile probabat: cum coniecturali constitutione uteretur. Ita excludatur eius coniectura qua factum negabatur quod erga populum romanum bono animo fuisset & relinqueretur sola depræcatio. Quoniam ergo in generali constitutione tam diu propter eius partium multitudinē commemoramur. Oēs quattuor constitutiones cū suis speciebus exposuit. Superat iā de controuersis legalibus disputari. Sed quoniam partitus quilitatē spēs ei duas dederat iuridicalem: & negocialē: ipsa q; rursus iuridicalem diuidēs in abfoluta: & assumptiuā: spēs ei duas dederat: iuridicalem ipsā ita definiuit: ut in ea æq; & iniqua natura: aut primum: aut pœnæ ratio querit: æq; & iniqua natura in oibus exposita ē supra tractatibus circa omnes species iuridicalis. uti nūc necessario admodum d' pœnæ ac primum ratione esse tractandū.

Quod multa existunt gratia causa
rum ex praemii petitione sicut &
poena. Nam Cicero de praemio tam
rum loquitur. Nos tamen & ad
poenam actionem ratione tradita
praecipuum de praemio per sicut
dinem transferemus. Perunt in
quit praemia & apud iudices:
& in senatu: & in aliquo consilio
hic admonet quod in senatu dixit
ne quis arbitretur de deliberatione
dicendi genere sumptum esse tra
ctatum: cum de iudiciali genere
dicendi omnia tractatus haberet.
Hoc inquit neminem moueat quoniam
& apud senatum licet sententiae
dictio sit. Quod dicendi genus
deliberatione conuenit tamen iu
diciali genere dicendi est extrinsecum
cum & in senatu licet de pro
bando homine improbandoque
tractetur. Et omnino inquit ista tria
gratia causa forma quadam & pro
mo gratiae distant. Altiore tamen
& pleniore intellectu implicata
sibi & connexa suis partibus con
tinentur. Nam & apud iudices de
praemio saepe accusator queritur. ac
cussatoribus lege praemia dabantur
hoc ipso quod accusabant: exem
plum datur tullius. Nullo praemio ad
ductus fuit: non enim spolia Caii
ueris concupiuit: id non si per sen
tentiara dictionem agitur deliberati
uum est. Deliberatiuum enim sic de
finierat ut diceret. Cum res posi
ta in consulatione civili haberet in se sen
tentiae dictionem. Ergo cum agit in
senatu de homine probando uel im
probando: non deliberatiua ex in
de dicenda est: quae habet sententiae
dictionem: sed iudicialis causa magis
quae de homine probando improban
doque tractatur. Nunc de praemiis con
sideremus. Hinc dare praemia in
cipit: quae seruanda sunt: cum praemium
postulamus. Quod solum superat
de constitutione iudiciali tractata
ut natura aequa & recta: aut praemii
aut poenae ratio quaeratur. Dat exemplum
in quo praemium postulat. De
eo qui triumphum petit. post quod
exemplum admonet neque hic neque
in deprecatione nos facta intentione
ne & depulsionem: & nata quaer
stione aut rationem inquirere
aut depulsionem rationis sed ipsa esse iudicationem quae sit quaestio. In deprecatione hoc modo.

causas in quibus de aequo & iniquo quaeritur exposui
mus. Restat nunc ut de praemio & de poena explicemus
Sunt enim multae causae quae ex praemii alicuius peti
tione constant. Nam & apud iudices de praemio saepe
accusatorum quaeritur: & a senatu aut consilio aliquod
praemium saepe petitur: Ac neminem conueniet arbi
trari nos cum aliquod exemplum ponamus quod in
senatu agatur ab iudiciali genere exemplorum recede
re. Quicquid enim de homine probando aut improbando
dicitur: cum ad eam dictionem sententiarum quo
que ratio accomodetur: id & si per sententiae dictionem
agitur & deliberatiuum est. Sed quia de homine statui
tur iudiciali est habendum: Omnino autem qui dili
genter omnium causarum uim & naturam cognoue
rit: cum genere primo: tum etiam forma eas intelliget
desiderare. Caeteris autem partibus aptas inter se omnes
& aliam in aliam implicata uidebit. Nunc de praemiis
consideremus. L. Licinius Crassus consul quosdam in ci
teriore gallia nullo illustri: neque certo duce: neque eo no
mine: neque numero praeditos: ut digni essent quae hostes
romani populi esse dicerentur: qui tamen cum excursio
nibus & latrocinii infestam prouinciam redderent con
sectatus est: & confecit: romam rediit. Triumphum
ab senatu postulat. Hic & in deprecatione nihil ad nos
attinet: rationibus & infirmationibus rationum sup
ponendis ad iudicationem perueniri: propterea quod
nisi alia quoque incidet constitutio: aut pars constitutio
nis simplex erit iudicatio: & in quaestione ipsa contin
bitur. In deprecatione huiusmodi oporteat ne poena
affici. In hac huiusmodi: Oporteat ne dari praemium.
Nunc de praemii quaestione appositos locos exponemus:
Ratio igitur praemii est quattuor in partes distri
buita. In beneficia: in hominem: in praemii genus: in fa
cultates. Beneficia ex sua uim & ex tempore: ex animo
eius qui fecerit: ex casu considerentur. Ex sua uim quaeruntur
hoc modo. Magna an parua: facilia: an difficilia: singularia
sint: an uulgaria: uera an falsa quantum
ex ratione honestentur. Ex tempore autem: si tum cum
indigeremus: cum caeteri non possent aut nollet opitula
ri: si tum cum spes deseruisset opitulatus sit. Ex animo si
non sui commodi causa: sed eo consilio fecit omnia ut
hoc conficere posset. Ex casu: si non fortuna: sed industria

factum uidebitur: aut si industriae fortuna obstitisset. In
hominem autem: quibus rationibus uixerit: quid sum
ptus in eam rem aut labores etiam sumpserit: & si quod ali
quando tale fecerit: num alieni labores: aut deorum boni
tatis praemium sibi postulet: num aliquando ipse tale
ob causam aliquam praemio affici negari oportet: aut
num iam satis pro eo quod fecerit honos habitus sit: aut
num necesse fuerit ei facere id quod fecerit: aut num hu
iusmodi sit factum ut nisi fecisset supplicio dignus esset
non quia fecerit praemio: aut num ante tempus praemium
petat & sperem incertam pro certo uendicet praemio: aut num
quod supplicium uitet eo praemium postulet: ut de se
prauidicium factum esse uideatur. In praemii autem ge
nere: quid: & quantum: & quamobrem postuletur: &
quo: & quanto: quaeque res praemio digna sit: considerabi
tur. Deinde apud maiores quibus hominibus & quibus
de causis talis honos sit habitus quaeretur. Deinde his
honos nimium peruagetur. Atque hic eius qui contra ali
quem praemium postulantem dicit: locus erit commu
nis praemia uirtutis & officii sancta & casta esse oportet:
neque ea aut cum improbis communicari aut in mediocri
bus hominibus peruulgari. Et alter minus homines uir
tutis cupidos fore uirtutis praemio peruulgato quae enim
rara & ardua sint ea: expiando pulchra & iucunda hominibus
uideri. Et tertius si existant qui apud maiores nostros
ob egregiam uirtutem tali honore dignati sunt: nonne de
sua gloria cum pari praemio tales homines affici uideant
deliberari putent? & eorum dinumeratio: & cum eis quos
contradicant comparatio. Eius autem qui praemium pe
tet facti sui amplificatio: & eorum quae affecti sunt praemio
cum suis factis contentio. Deinde caeteros a uirtutis stu
dio repulsum in si ipse praemio non sit affectus. Faculta
tes autem considerantur: cum aliquod pecuniarum im
praemium postulatur: in quo utrum copia ne sit agri &
uectigalium pecuniae: an penuria consideretur. Loci com
munes facultates augere: non minuere oportere: & in
prudenter esse qui pro beneficio non gratiam: uerum mer
cedem postulet contra autem de pecunia ratiocinari sordi
dum esse cum de gratia referenda deliberetur: & se praemium
non pro facto: sed honorem ita: ut factitatum sit pro
beneficio postulet ac de constitutionibus quidem satis
dictum est. Nunc de his controuersis quae in scripto

Oporteat ne affici poenae
In praemii petitione oportet
ne dari praemium di
uidit ergo dicenda in praemii
petitione in quattuor
beneficia: in hominem: in
praemii genus in faculta
tes: quibus singulis pres
certas: ipse supponit. Si
mulque docuit locos com
munes quos tantum in his
partibus: ex quattuor ha
bemus in praemii genere:
& in facultatibus. Haec enim
duae partes affectus tenent
& possunt audientes pu
blicae rationis praemium
& facultas plurimum con
mouere. Ac de constitu
tionibus quidem satis di
ctum est. Nunc de his
controuersis: quae in scri
pto uersantur dicendum
uideatur. Constitutio
nes rationales esse status:
& in primo docuimus: &
& ipsas esse principales.
Hoc quemadmodum con
pleremus in dicendo su
periore tractatu docuit.
Sed quia sunt praeter ea
genera controuersiarum
quae uersantur in scripto
quae incidunt constitutio
nibus: quae ipsa quinque
sunt: necessario etiam de
his dat praecipua. Sunt
autem controuersiae quin
que: ambiguitas: scriptum:
& uoluntas leges contra
ria: ratiocinatio & definitio.
Scripti autem contro
uersa est: cum in quocum
que scripto nascitur con
trouersia: aut in legibus:
testamentis: pactis: & dictis:
& caeteris quae in scriptura sunt.

Ergo principalis est ambiguitas. quia ita ordinē fecit. cuius definitio adhibita est. cū quid senserit scriptor obscurum est ideo quia duas aut plures res significat. Huic exemplum dedit ut hæres daret uasa celata uxori quæ uellet. Quoniam ut diximus constitutiones non sūt sed incidentes sunt controuersia. non constituit quæ sit intentio quæ impulsio neque quæ ratio & refutatio rationis & quæ iudicatio. sed cōtinuo dat præcepta quæ sunt parti utriusq; cōmunia. Sunt aut hæc. Primum ut negemus ambiguum & doceamus locutionis ipsius consuetudinē. deinde ut superiora uerba & inferiora consideremus ex quibus colligamus quæ sit uera sententia. Deinde excutiamus personam eius qui scripsit ut ex cæteris dictis eius factis scriptis animo atq; uita quid senserit posse intelligi. Deinde excutiamus omne scriptum ne in aliquo uerbo aut nos adiuuet: aut ipugnet aduersarium. Deinde dicendum id quod aduersarius intelligat minus cōmode fieri q̄ quod nos intelligamus huic præcepto exemplum dat Meretrix coronā auream non hēto. Si abuerit publica esto. Hic enim tractari pōt non bene sentire eum qui publicandā dicit esse meretricē. quod publicæ meretricis nullus exitus: nulla administratō: hoc est nullum quodāmodo uectigal. In auro uero publicando magnā esse utilitatem. Post hæc adiungit utilitatem præcepti: ut interpretemur q̄to utilior res aut honestior prætereat: si id intellectum fuerit quod aduersarius interpretatur. Hoc autem a pertius fiet: si id quod nos interpretamur doceamus esse hōestum: utile: necessariū. Sed quoniam scripti controuersia: sicuti supra docuimus potest esse & in testamento: & hoc exemplum dedit. potest autem esse & in lege: adiecit præcepta: si ambiguitas fuerit in lege. Vti quæ

uersantur dicendum uidetur. In scripto uersatur controuersia: cum ex descriptionis ratione aliquid dubii nascitur: id fit ex ambiguo: ex scripto: & sententia: ex contrariis legibus: ex ratiocinatione: ex diffinitione. Ex ambiguo autem nascitur controuersia: cum quid senserit scriptor obscurum ē: quod scriptum duas plures uerba significat ad hunc modū. Paterfamilias cum filium hæredē: faceret: uasorum argenteorum centum pondo uxori suæ sic legauit: Hæres meus uxori meæ uasorum argenteorum pondo centū quæ uolet dato. Post mortē eius uasa magna & præciosa celata petit a filio mater: ille se quæ ipse uolet debere dicit. Primum si fieri poterit demonstrandum est non esse ambiguum scriptum: propterea quod omnes in consuetudine sermonis sic uti solent eo uerbo uno pluribus uerba in ea sententia: in qua is qui dicit accipiendum esse demonstrat. Deinde ex superiore & inferiore scriptura docendum: id quod queratur fieri perspicuum. Quare si ipsa separatim ex se uerba considerentur: omnia aut pleriq; ambigua uisum iri. Quæ autem ex omni considerata scriptura perspicua fiāt hæc ambigua nō oportere existimari. Deinde qua in sententia scriptor fuerit ex cæteris eius scriptis: dictis: & factis: animo: atq; uita eius sumi oportebit: & eam ipsam scripturam in qua ierit illud ambiguum de quo queritur: totam omnibus ex partibus pertemptare: siquid aut ad id appositum sit quod nos interpretemur: aut ei quod aduersarius intelligat aduersetur. Nam facile quid ueri simile sit: eum uoluisse qui scripserit: ex cōmuni scriptura & ex persona scriptoris: atque his rebus quæ personis attributæ sunt considerabitur. Deinde erit demonstrandum siquid ex ipsa re dabitur facultatis id quod aduersarius intelligat: multo minus cōmode fieri posse: q̄ id quod nos accipimus quod illius rei neq; administratione exitus ullus extet: nos quod dicamus facile & cōmode transigi posse: ut in hac lege. Nihil enim prohibet fictā exempli loco ponere: quo facilius res intelligatur. Meretrix coronā auream non habeto si habuerit publica esto: contra eum qui meretricem publicari dicat ex lege oportere: posset dici neq; administrationem ullam esse publicæ meretricis: neque exitum legis in meretrice publicanda. At in auro publicā

Ita sint: hoc e cu materiae possunt esse diuersae coplexionis: quia alia e honesta: alia turpis alia hu milis: alia dubia. **Ratione** exordiõz: regulas quae tres sũt. f. attetio: docilitas. & beniuolentia. Ac commodari: adaptari. & qualiter cocinari taq̃ medicus solet medicina ad coplexione egrotatis. Ad cae genus. i. ad qlitatem: ac si diceret ad coplexione materiae. **Pricipiũ**: hoc appellant exordi um aptũ qd graeci proemiũ dicũt melius q̃ latini: ut ait Quint. i libro exordiõz: na principiũ ma gis generale e ad oia ptinens dictũ a pra & captio q̃ si prima captio. **Proemiũ** a pro & hymnos hymni qui significat uia eo q̃ sit p ambulũ: qd dam ad caeteras of onif pres exponedas: uel a pro & himis himi qd lare significat praeludiũ: hoc e qdam ficta cytharizatio: & tractatio cordaz ante uera & seria melodia cantilenae ex q̃ itelligit q̃ lis cantilena sit futura. **Insinuatio** dicta est q̃ per sinũ quẽdam & uia obliquam ad exordiũ ueniamus a graecis epodos noiatur: ut apud Vir. e de Turno Dauni miserere se nectae: & illud recordat dne p̃rum ñoz: Abraam & Isaac: hac autem uocabula a Ci. inuenta sunt: nam ante ipsum quõ latine diceremus non habebamus uñd adhuc uocabulum rhetoricæ iuetũm nõ e nomen nisi per periphrasim: nec miã si addidit uocabula graeca qm suo tẽpore solis graecis uo cabulis utebantur. **Principiũ** e: hac e diffinitio exordiũ apti cuius finis est disponere aios ad audi endum dicendo. Statim significat exordium breuitate gaudere & ambagibus esse uacuum: ne in caput oratio creuisse uideatur. Id itaque sumitur tribus effectibus auditoris animũ dispõimus ad audiendum attentione: docilitate & beniuolentia quae ad exordium perfectum sũt accommoda ta. **Docilitas**. n. a natura nobis est data & oibus igenita cum omnes cupiant doceri ea quae ab ip sis ignorantur ut apud philosophum oes homines a natura scire desiderant. **Veã** q̃ hic appetitũ discendi pot esse breuis & frigidus: attetio necessaria uidetur q̃ facit ea q̃ cupit cũ diligẽtia & effe ctu quodam attendere: dicta est aut ab attendendo animo & ualde intendo: nam sicut dicimus au res arrectas ad audiendum: ita & animum attentum uocamus cum omni studio relictis omnibus rebus ei rei quam cupit doceri diligenter incumbit. **Præterea** quoniam auditori displicere potest orator si incompre & insulse narrat q̃q̃ cuperet & esset attentus ideo beniuolentia necessaria sequi tur illas priores sine his tribus effectibus oratio est nullius momenti & uelut quoddã cadauer ex stimant. ut ait Quintilianus: poterit unde bonum exordium constare & unoquoque ipforum. **Si genus dubium** habebimus applicat nunc exordiorum rationem ad generalia qualitatiua. **A beniuolentia** idest a prona quadam & inclinata libentia audiendi: sed cum pluribus modis capte tur beniuolentia ad hoc genus dubium uidetur aptius accommodari. **Si exponemus** quales fue rimus in rempub. uel in eos ipsos qui audiunt quale est hoc exemplum Catilina intentus coniura tioni beniuolentiam iuuenum comparabat: eosque largitionibus corruppebat: is cum propter diligentiam Ciceronis ex urbe discessisset: & ad castra suorum p̃fisciceretur filius quidam fulus omnibus bonis artibus deditissimus: sed tamẽ hoc solo uicio correptus q̃ catilinæ amicitia delecta batur illũ discedentẽ p̃secutus est pater eũ ab itinẽ retraxit: eumque uita priuauit: qui in iudiciũ uocatus hoc exordio ad purgationem cris uti potuisset: si uobis unq̃ dubiũ fuisset o iudices quan tus amor q̃ta charitas habeatur i patriã testimonio fului declaratur qui ut cõseruaret patriam & libertatem romanã proprio filio non peperit & eum ita occidit ut eum patriæ non Catilinæ ge nuissẽ uideatur. **Accusatur Thymoleon** cuius Corinthius qui fratẽ occiderat qui pricipatum ur bis appetebat poterit orator hoc mo exordiri. **Credo** iudices uos nõ latere q̃ta fuerit thymolẽtis bñiuolentia i priam q̃ & amicitias & affinitates ppriũ frem nullius æstiauit ut cõem oibus liberta tẽ ab tyrãnoz ipetu uedicaret. **Si huile** genus. i. cũ res cõtẽpta antefertur incitabimus auditorẽ ad audiendum aut per res nouas: aut quae ad rempub. pertineant: hoc modo accusabitur adole scens apud principem q̃ flores de cancello furatus sit: poterit accusator hoc exordio uti noli hac rem contemnere magnifice princeps licet parua & humilis uideatur. na ex parua scintilla ignis solent permixta incendia procreari & paruis uitis solet ad maiora perueniri ex quibus ciuitas omnibus corrumpitur ut Virgili. de apibus Admiranda tibi leuium spectacula rorum. **Magnani mosque** duces totiusque agmina gentis more & populos & propria dicam.

Si turpe causæ genus: id est si materia sit talis quæ displiceat auditori oppugnando honesta uel defendendo turpia. Nisi quid nacti: hoc est nisi inuenierimus: facit autem exceptionem in qua hoc docet si materia talis fuerit quæ displiceat auditoribus tamen si inueniret commoditatem & occasionem dicendi aliqua turpia de aduersario per quæ possit facere animos auditorum sibi beneuolus tunc aperto exordio uti poterimus quod Scipioni asiatico contingere potuisset. Erat Scipio magnæ integritatis uir & maximæ expectationis apud romanos contra Antiochum fuit cum exercitu missus: qui cum post bellum cum uictoria reuersus esset unde asiaticus est dictus in iudicium a quodam Petilio uocatus fuit: & apud iudices accusatus quæ pecuniam publicam inuoluntate consumpsit. displicet res senatoribus pecuniam publicam frustra dilapidari. Poterit igitur Scipio in hoc genere licet turpis materia sit hoc principio uti. Molestum est mihi iudices meam uitam in dubio esse positam quam semper studiui ducere innocentem: sed certe longe mihi molestum fuit quod si me accusauerit qui est in omni genere uitiorum contaminatus & omnibus artibus malis deditissimus. Si honestum. i. si uia placebit auditori. Licebit concessum est. Quare causa sit honesta: hoc fecit pro Archia poeta quæ eum iis grecis instruxerat: & quibus tantum facultatis oratoriam consecutus fuerat ut in omni genere orare maxime posset. Accusatus ergo archias præceptor suus a Graccho qui ciuis non sit ut consequeretur ipsius Archias hereditatem a Ci. defensus est: & huiusmodi exordio usus est. Si apud maiores nostros est conseruatum o iudices ut præceptores pro parentibus habent: debeo quoniam scitum in me huic præstantissimo uiro & ite gerrio & opem & salutem afferre: & eo magis: quam illius doctrina & optis præceptis ita institutus sum ut nonnullos aliquando defederi. nam si ceteros adiuuauis a quibus nihil utilitatis ad hanc rem adipiscendam consecuti sumus quanto magis ei attribuere debemus a quo id accepimus: per quod est ignotis perdesse possumus. Aut breuiter quibus de rebus: hoc modo cum ergo in iudicium sit uocatus archias a Graccho quæ non sit ciuis ego ostendam eum esse ciuem & id quod per testes locupletissimos & fide dignissimos: & arma uis: quæ cano. Breuiter: aut dicit hoc faciendum. s. docedo solum necessaria. neque confirmatione futura sunt in exordio prooccupatus has duas orationes: in exordio huius artis Ci. complexus est. Assignauit. n. cum hanc artem intelligere cognoscebas. præterea dicit de quibus rebus sit dicturus cum aut tua nos uoluntas commouit ut de re dicendi describeremus. A lege principium hoc modo moritur Paulus æmilius ab itestato filius eius Paulus & frater Pauli. petunt hereditatem a lege. poterit sic exordiri. Et diuina & humana leges petunt o iudices ut filius moriente præ hereditatem habeat quam filius ex sanguine patris creatus est & ne mo sibi magis propinquus. nec detur oriri dubitatio quæ dicat si utriusque principium: principium ab lege fieri deat nam primum illud ponitur pro exordio apto: hoc aut ultimum pro omni initio positum est. Aut a scriptura: differt. n. lex a scriptura. nam lex est sanctio populi quæ iubet honesta: & prohibet inhonestam: sed est spalis. scriptura uero gyalis est: & est allegario alicuius scripti: ut est aliqua generalis sententia hoc modo: Quid est quod pauli filius hereditatem patris non assequatur: oia certe uincit amor: & nos cedamus amori. Non igitur est credendum patri potius filio propter amorem: quam fratri hereditatem reliqueit noluisse. Item illud mihi uidetur iprimis seruari: quod apud Ci. legitur honos aliter artes & omnes intenduntur ad studia gloria. Cum igitur hic ciuis pro patria egregie pugnauerit: merito mihi præmiandus uidetur. hoc quoque Cicero in Catone maiore usus est uersibus Ennii poeta: quos supersit in initium. Ab aliquo argumento: hoc modo: quid o iudices quæ magis ciuitas conseruet quam iusticia: & æquitas: iuris quæ cum iubeat: ut mortuo præ filio potius quam fratri hereditas deatur: debetis huic concedere æquitatem quæ quidem uinculum est ciuitatis. & præsertim cum ubi æquitas non seruatur non est habitandum. Quoniam igitur transitio in aliam transit materiam. Docilem: beni. & at. mutatus est ordo librorum negligetia: nam eo ordine Cic. composuit: quo est tractaturus quinimmo naturale est ut prius uelius doceri: postea cum omni diligentia & attentione audiamus. Inde is quæ oraturus est nobis fiat beneuolus: adeo & ab eo libetius quam a cæteris audiamus. Docile. ut cupiat doceri.

Si turpe erit genus causæ: in inuentione utendum est. d. qua posterius dicemus: nisi quod nacti erimus: quare aduersarios criminando beneuolentiam capere possumus. Si honestum causæ genus erit: licebit recte uti: uel non uti principio. Si uti principio uolemus: aut id oportebit ostendere: quare causa sit honesta: aut breuiter quibus de rebus sumus dicturi: exponere si principio uti uolemus: a lege uel a scriptura: aut ab aliquo firmissimo nostre causæ adiumento principium capere oportebit. Quoniam igitur docilem beneuolum & attentum habere auditorem uolumus: quomodo quodque eorum confici possit: apperiemus. Dociles auditores habere poterimus:

Si summam causæ breuiter hoc est sine ulla copia dicendi reducamus in quandam summam necessariis uocabulis ea quæ in confirmatione & confutatione: diffusionem tractanda sunt Mytridates asperrimis bellis Romanos agros urgebat: uenit Manilius in senatum ut proponat ei aliqua de rebus gerendis. poterit hic exordio uti: boni ciuis officium est. P. C. ut ea quæ gerenda sunt uobis proponat: Cum igitur de bello mytridatico nobis dicendum sit: sequitur ut de imperatore deligendo exponamus: qui mihi Pompeius esse uidetur. Tria enim hic summatim collecta sunt: quæ introrsum exordium efficerent: si nimis diffusis uerbis exponeretur: ut si hoc modo diceretur: cum de bello mytridatico dicendum sit: quod quidem maximum est & omni genere hominum: & fortissimis militibus copiosissimum: nam hæc omnia in confirmatione dici debent. Qui attente uult audire: quia qui attentus est: necesse est ut prius sit docilis. Attentos habebimus. i. uehementer dociles & inclinatos toto animo ad audendum: attentio enim ad animum arrectum pertinet: erectio uero ad aures: unde a grecis dicitur

Si pollicebimur: pite usus est uerbo futuro: ut ostendat in exordio

Si summam causæ breuiter exponemus: & si attentos eos faciemus: Nam docilis est ille qui attente uult audire. Attentos habebimus si pollicebimur: nos de rebus magnis nouis inuinitatis uerba facturos: aut de his rebus quæ ad rem publicam pertinent: aut ad eos ipsos qui audient: aut ad eorum immortalium religionem: aut ad pietatem nos esse dicturos. Et si rogabimus ut attente audiant: cum numero exponemus res de quibus dicturi sumus. Bene uolos auditores facere quattuor modis possumus: a nostra ab aduersario: a auditori: a persona: & a rebus ipsis:

ponenda esse mera uocabula: quæ sit gustus tanquam gustus quidam eorum quæ in aliis partibus copiosissime enumerantur. De rebus magnis non uisitat: magnæ dicuntur res: quæ communem formam excedunt in suo genere: ut hoc modo hodie de matrimonio nobis tractandum est: sed quæ ab aliis ommissa sunt: propter eius rei profunditatem dabo operam ut que ad illius intelligentiam pertineant ea uobis exprimantur. Nouum est: quod nunquam fuit: ut credo hodie aliqua audietis: quæ nunquam ad uestras aures peruenerunt. Inusitatum est: quod licet sit factum: tamen sit raro: ut hoc est: quamquam sciam uos non ignorare quæ ad bonum imperatorem pertinent: tamen quia raro narrari solent: ostendam quid ad eam rem necessarium mihi esse uideatur: sic & Virgili. fecit in geor. admiranda canam leuium spectacula rerum. Et notandum est: ut hæc uocabula artis euitentur. Non enim dicendum est dicam uobis noua aut inusitata: aut magna: quoniam artificiosa uerba reddunt: oratorem suspectum auditoribus ut non ad utilitatem communem & ad ipsam ueritatem sed potius ad ostentationem artis omnia dici uideantur. Itaque ne putent arti confidere non ipsis uocabulis artis utemur: sed per alia uerba sententiam complectemur. Ad rem publicam pertinet: quoniam status noster magno discrimine uersatur propter crebros impetus Mytridatis: hæc consultatio erit per quæ longe a nostris finibus arceatis & patriam communem ab huiusmodi periculis tutam possitis efficere. Aut ad eos ipsos qui audiunt: multi sunt patres. c. ex nostris militibus qui conquirunt nullam prudentiam contra Mytridatem a uobis factam: quam quidem rem si neglexeritis magnam ignominiam senatui romano afferret. Si autem contra cum aliquis imperator diligeretur magnum fructum & magnum decus ex ea re populo romano consequetur. Aut ad decorum reli. Religio est uerus cultus dei cui contra est suspitio hoc modo: miramini quirites nostram rem. retrorabi. & quot diebus in peiorem partem corruere: negligentia est deorum quæ si a romanis diligentius conseruaretur: omnia prospera essent nobis. Curate igitur ut boni sacerdotes eligantur optimi uiri pro suis meritis præmientur: & mali dignis poenis afficiantur. Et si rogabimus: ut supra diximus non aperte dictum est uos rogo ut quæ dicturus sum audiat: sed uerba ex arte uitabimus: ut Virgilius. Mentis adhibete docebo: et etiam hoc si aures uestras mihi paulisper præstabit ad audiendum dicam ea quæ uobis salutem afferant. Item Cicero pro Archia: quod si mihi a uobis concedique sentiam: multa perficiam profecto ut hunc. a. lycinium non modo non segregandum cum sit cuius a numero ciuium: uerum etiam si non esset putetis ascendendum fuisse. Et si numero scilicet per nomina numeralia: ut tria sunt quæ mihi uidentur ad nostram rem pertineere ut boni magistratus eligant: iusti præmientur: & iniq. poenis afficiantur. Itaque quoniam de benignitate ueri saluatoris tractatum est: ostendam eius gratias per fratrem: per mare: per aerem & dominum: per omnes cœli partes esse diffusam: Itaque Vir. quod faciat lætas segetes: quo sydere terra uertet moecæas: uulmifera adiuget uites: coueiat quæ cura bouum: quæ cæstrus hido sit pecori: & quæ apibus expietia pecis. Bene uolos audi: hoc est per omnes præceptos & reglas quibus bene uolentiam copamus seruare debemus ut semper bene uolos faciamus auditores: non eos de quibus loquimur.

A persona nostra dupliciter intelligimus: aut a persona ipsius oratoris: aut a persona laudati uel accusati: uel deliberati pro quo oramus: ut si dicamus aut persona Cicero nis aut Pompeii: pro quo ipse orat. Si sine atro. potest esse duplex consideratio: ut aut sit regula generalis quae postea diuiditur in partes sequentes. & idem hoc sit consequentibus: aut pars est quae per se consideratur ut sine alio iactantia uerborum nostrum officium laudamus. nam ut ipse ait in Lelio: odiosum sane genus hominum officia exprobantium. Mortuo achille orta est odiosa contentio e darms ipsius: quoniam a Vulcano facta esse dicebatur Ajax. n. qui patruelis erat Achillis iure propter quod ea deponerebat: sed quae nulla rege peritiam habebat: temerarie in hunc modum orauit. En quo puenimus nunquam putauit fore ut Ajax cum Vlyxe conparet & n. i. tanta uos beneficii contuli si quod consilio meo quod minus est uobis unquam profui: meritum tribuatis & i. primis honorem meum restituatis. Atque in re. caesari ex gallia cum uictoria reuertenti triumphus de negabatur. & maxime a Caesare utique si. pro qua re in senatum uenit: & huiusmodi contionem senatoribus habuit: iam aduenit tempus ut Caesaris recordemur quod in gallia uestro imperio subiuganda multa incommoda passus est. & qui nullis periculis nullis laboribus: & demum uita propria non pepercit: ut rempublicam ampliaret: & statum omnium uestrum dignitatemque totius populi conseruaret. Aut in parentes: parentes appellamus non solum a quibus geniti sumus: sed etiam auos & proauos: neas cum magnis incommodis uenit in Italiam: Anchisen genitorem in Sicilia amisit: multos in italia habuit aduersarios: qui ne fauorem italorum simili compararet dignitati suae derogabant: & ipsum impium asserabant quod ossa patris sui inssepulta reliquerit: qui dum studet ei diuinos honores tribuere: & magnificis exequiis eum decorare: tot impensas: tot labores passus est: ut meriti operis nomen consecutus sit: & ab omnibus piissimus uocetur. In amicos oraturus Cice. primo Pompeio imperatore deligendo in senatum accessit insolitus: sed quia eius audientiam mirari nonnulli potuissent: in hunc modum exorsus est. Nolite mirari. p. c. si antehac nunquam in senatum oraturus accesserim. sciebam enim orationem promptam & optime exercitatum in hoc loco uersari: nihilque huc nisi perfectum ingenio & elaboratum industria afferri oportere. Itaque in foro me prius exerceri uolui & ita me exercui ut nulli amicorum unquam defuerim. In eos ipsos Flaccus accusatur: quem Cicero defendens huiusmodi exordium habuit. Considero ciues romani res pro conseruanda republica a Flacco gestas non possum non admirari quod sit accusatus: sed plurimum afficior gaudio uos esse testes: quam promptus quam diligens quam curiosus in defendendis uobis omnibus dies noctesque fiunt cum sceleratissimus catilina urbem nostram: & omnium libertatem occupare uoluisset. Dum haec omnia limitat has regulas: & dicit hoc esse considerandum: ne cum uolumus ostendere auditoribus quales sumus in eos qui audiunt: non dicamus eamque ad rempublicam conuenirent. & ita de rebus partibus. Si nostra incommoda proferemus: Roscius Amerinus habuit patrem ditissimum quem Clodiani milites occiderunt: ut ipsius diuitias compararent filius patricidii accusatur: quem cum Cicero defendens: hunc in modum exordium facere potuit. Cum molestum sit Roscio quod uelut patricida uocatus sit in iudicium multo certe molestius est qui pro eo causam hanc suscipere uoluerit: & qui ex tantis diuitiis ex tam felici statu ad eam miseriam peruenerit: ut unde sibi uictum quaerit: nullo modo habere possit. Inopiam: inopes dicuntur qui nullum habent auxilium. Solitudinem: ut esse ab omnibus destitutus ut est apud Terentium omnes me noti atque amici deseruerunt. Calamitatum & dicitur duobus: aut per derivationem & tunc est cum per impetum nimborum usque ad radicem culmi concidunt aut per ethimologiam & tunc dicitur calamitas ut si quis de alto gradu dignitatis & ex magnis fortunis ad paupertatem & uilem statum peruenerit. Ut sint auxilio. Roscius profecto suam consolatur moestitiam: cum intelligat uos ea seueritate esse: ut non permitatis aduersariorum calumniam aduersus aequitatem ulla in re potentiam habere. Itaque a uobis magnopere petit ut eum ab ipetu inimicorum suorum seruetis incolumem. In aliis specie cum multi oratores se offerrent ad Roscii defensionem seuerissimi iudices nihilominus uos ipsos elegerit: quibus suam uitam committeret & n. si iuuenem complectemini nihil est quod aduersariorum calumniam reformidet.

Aduersariorum prima: aduersarios uocamus illos qui nobiscum in lite uersantur. Odiu est inclina: alias significat odium: unde appellamus inuidiosos. Superbe: supbia est elatio animi quae cupit paribus & imparibus dominari. Spurca: spurci dicuntur qui imunde uiuunt & sine puritate dicti per ethimologiam quasi spuantes porci: ut si diceremus ita ita cum sorore sicut cum uxore miscetur. Perfidiolae: perfidos dicimus qui promissis nullam fidem seruant: & qui proditores sunt si

Ab aduersariorum persona beniuolentia captabit: si eos in odium in inuidiam in contemtionem adducemus. In odium rapiemus: si quid eorum spurce superbe perfidiose crudeliter confidetur malitiose flagitiose factum proferemus. In inuidiam trahemus: si uim potentiam factionem diuitias in continetiam nobilitatem clientelas hospitium sodalitates affinitates aduersariorum referemus: & his adiumentis magis quam ueritate eos confidere aperiemus. In contemtionem adducemus: si inertiam ignauiam desidia luxuriam aduersariorum proferemus. Ab auditorum persona beniuolentia colligetur: si res eorum fortiter sapienter mansuete magnifice iudicatas proferimus: & si quae de his

icode nostrorum ciuium continue uersari possit. Vim: corporis. Potentia: ut habere fauorem & adiumentum ciuium. Factio: significat nunc consensum & conpirationem multorum ad malum quandoque significat nobilitatem & opulentiam: ut est apud Plaurum. Incontinentias: nunc est elatio in ciuitate per potentiam per quam seipsum non continet: non autem per effrenationem contra libidinem significat sicuti alibi inuenitur nam tum odium pertinet. Nobilitatem: generis claritatem. Affinitates proprie sunt affines qui per uxorem coniuncti sunt: sed tam pro agnatis quam pro cognatis ponitur. Et his adiumentis pitissime dixit hoc Cice. i. nam aliter illae res quas commemorauit ad laudem & gloriam quam inuidiam inducendam pertinerent. Confidere autem darius melius quam ablatiuo coniungitur. Solent optimi ciues diuitias nobilitates uirtutes: omnes ad laudem & utilitatem ciuium ostendere: haec autem ad uituperium suum conciuum ad incommoda totius populi & ad destructionem totius naturae ciuitatis his omnibus rebus abutitur & ita abutitur: ut magis incommodo nostro quam utilitate eas res habere uideatur. Inertia: iners est qui nullam habet industriam sine consilio & arte pernitus ignorans. Ignauia: licet artem sciant tamen frigiditate animi non exercent. Deses uero qui nihil poenitus agit dictus a sedendo. Luxuria est in omni re superflua abundantia: ut apud Virgil. Luxuria segetum tenera depascit in herba. Non possum non admirari seuerissimi iudices quod unius uiri testimonio aures uestras adhibeatis qui contra me uenit: qui nullis artibus poenitus incumbit in dies: noctesque in somno inertia consumit: nunc autem uigilans & diligens factus est ut innocentes & bonos uiros possit opprimere. Beniuolentia colligetur. i. si diceremus nos habere iudicia rege per fortitudinem. e. n. fortitudo rege magnae appetitio & humilium contemptio. Sapienter tangit prudentiam quod de scia cuiuslibet rei & callitas rege quod potest habere delectum bonorum & malorum. Sapia uero est humanae rege diuinae cognitio. Mansuete: tangit temperantiam quod est nulla passio. nam moueri extra officium: neque ira: neque auaritia: aliquid contra honestatem facit. Magnifice uidetur: hoc est per iustitiam factas quod magnificum reddit habentem & per quam magnifice aliquid fieri existatur. Nam ut Ci. in li. officiorum inquit caritate uirtutis finis & effectus est uarius & humilis respectu iustitiae. fortitudo. n. facit terribile. nam qui magna petit & contemnit humilia uidetur terribilis. Prudentia facit suspectum per calliditatem & peritiam. Mansuetudo frigidum efficit hominem: quoniam non uidetur unquam negocium ad effectum ducere cum per temperantiam aliquid differat. Quicquid autem per iustitiam sit: semper magnifice & recte factum existimet quoniam bonus non putat ab omnibus differt. Quicquid autem per iustitiam sit: semper magnifice & recte factum existimet quoniam bonus non putat ab omnibus differt. Ut est ab hereditate patris depelleret nulla iter tatas molestias sollicitudines roscius efficit iudicem cum prope intelligat uos eiusmodi esse: ut nullas clodiana militum minas formidatis nullas spes audiat: neque ullo argenti auriue potest moueamini quoniam ipsum adolecentem perferri innocente ab ipetu crudelium hominum defendatis.

Existimatio bono & optimo quidem ciuitas nostra pendet iudicio: cum sciamus tali ingenio uos esse praeditos: ut nullius timeatis iniurias: nullius inimicitias nullum denique impetum improborum hominum: qui animum uestrum ab officio deterreant. Expectatio: cum hoc ita sit iudices nulla incidit dubitatio inter nos ciues quin absoluatis hunc praestantem adolescentem: qui ab improbis accusatur solum ut eum de penis bonis euicant. A rebus ipsis beniuolentia captabitur ab auditoribus per res quas de causa & materia ipsa dicemus. Ab aduersariis: per contemptum duobus modis: haec ultima ratio

dicta sit: ut absolute aut compatie: si absolute simpliciter intelligendum est: tunc haec duae regulae per se distinguendae sunt: & in diuersis materiis consideranda: ut esset laudare ieiunium & uitupare rem militare: altera ab altera separata: nam omnia causa: aut laudatur: aut uitupatur neque est semper necesse ut laudata nostra causa rem aduersariorum deprimamus. quod Cicero & fecit in proemio artis: nam arte dicendi tamen modo laudauit cum dixit. neque in se parum fructus habet copia dicendi & comoditas orationis: & caetera: neque non fuit opus ut alias res uituparet quod solet in genere deliberatione tamen fieri: nam ibi necessarium est ut nostram causam extollamus: & aduersarios deprimamus: siue compatie intelligamus: tunc coniuncta & per comparisonem faciendum est: ut laudata nostra materia uituperemus aduersarios quemadmodum quod dictum est: in deliberatione fieri genere oportere: & ita una sola regula est coniuncta: & per contentionem legendum est: nam contendo significat comparo: contentiones uocantur. Ut saepe apud Plutarchum legimus: ut est in hoc exemplo. Quidam pater est qui consulit familiarem suum utrum filium in litteris aut in re militari instruat: poterit familiaris illi in hunc modum respondere non possum non admirari quod eo ueneris: ut magnopere dubites: utrum potius uel litteris: uel rei militaris filium tuum deduces: eum litterae sint quae laudem: quae rationem beneuolendi hominibus afferant: & quae immortalem quenque esse: cere possunt. Res autem militaris: labores: incommoda: classes: & mortem hominibus denique parare solet.

Ratio sunt tempora: superius in duas partes exordium diuisit: scilicet in principium & insinuationem: finitis igitur principii regulis: nunc diuino quodam ordine insinuationem aggreditur: quae ideo sic appellata est sed per occultas uias & obliquos sinus ducat orationem. Principio uti non possumus: sequitur ergo ut insinuatio ex necessitate semper fiat: cum ad praecipua apta utamur exordio. Diligenter: cum magna attentione: quia pertinet ad scientiam oratoris modo permurari: nec abuti his regulis: unde attentio faceret auditorem: cum dicat ea quae ad auditorem pertinent. Turpem causam: quia potest esse turpis materia a se & respectu auditoris: ut laudare continentiam apud libidinosum: ideo perite subiecit: cum res ipsa animum auditoris alienat hoc est cum materia non placet auditori ut ostendat insinuationem potissimum uti debere oratorem cum talis materia sit: ut eam auditor abhorreat: nam licet materia sit turpis a se ut est tyrannidem laudare: tamen displiceret auditori: ut Dionysio non uidetur insinuationem esse uendum: Persuasus inductus ad credendum unde dixit supra cum assensione auditorum: ut Caesaris iuocis & senatus. Turpitudinem hoc est si talis erit materia: quod auditor eam non libenter audiat: etiam si esset honesta per se. His rationibus: ac si diceret in causa turpi ab eo quod offendit ad id quod delectat confugiendum est: si persona non placet auditori: rem ipsam quae placet subiiciamus. & econuerso. Rem pro homine: Pyrrhus rex epyrhorarum omnium suo tempore rei militaris peritissimus a tharcentinis in auxilium uocatus bis romanos exercitus profligauerat. habuit se cum his temporibus in castris quendam medicum Nyciam siue Democarem litteratissimum uirum: & philosophum maximum qui forte aliquibus affectus iniuriis a Pyrrho sese contulit ad Romanos: & eis mortem Pyrrhi pollicitus est: si illi id gratum intelligerent. Romani autem uiribus uictoriam quaerentes non dolis iunctum illum Pyrrho remiserunt. qua re ductus est ad supplicium: materia igitur haec turpis est respectu auditoris: uerum quia Pyrrhus doctissimus fuit & litterarum amatissimus: res ipsa uidetur honesta. Itaque orator poterit hoc uti exordio. Cum nulla in proditore habenda sit misericordia o pyrre magnifice: non negabo Democarem omnium supplicio esse

extimatio: & quae iudicii expectatio subaperiemus: A rebus ipsis beniuolentia auditorum efficiemus: si nostram causam laudando extollemus: & aduersarios per contentionem deprimemus. Deinceps de insinuatione apertendum est:

De Tribus Temporibus:

Ratio sunt tempora quae diligenter sunt consideranda. in quibus principio uti non possumus. Aut cum turpem causam habemus: hoc est cum ipsa res animum auditoris a nobis alienat: aut cum animus auditoris persuasus

dignissimum: uerum cum medicinae peritissimus: philosophus maximus sit: omnium bonorum artium sapientia eruditus curandum est a te o pyrre ne tanta scientia: tot bonae artes multis ac maximis laboribus comparatae in breui hoc spacio deperant. Itaque non hominem sed eius doctrinae ignoscendum uidetur. Hominem non rem. scilicet cum homo ipse placet auditori: sed res ipsa iniusta. Accusatus est Scipio Africani de pecunia male tractata: materia displicet auditoribus iterum est honesta persona quia Scipionis nomen omnibus romanis gratissimum semper fuit. tali igitur exordio utetur. Vita Scipionis huiusmodi esse debet apud uos patres. c. ut eius uiri apud uos commemoratio sit habitura: quia cum tanta sit auctoritatis in nostra re. tanta prudentiae uiri: tot reip. beneficia contulerit danda opera est: ut plus possit apud uos uera uirtus & ipsius Scipionis praestantia quam accusatorum & improborum obretractio. Itaque homini ipsi honestissimo: potius quam obretractoribus fidem tribuatis. Notandum est Ciceronem hoc in loco: aut defecisse aut ignorantia & defectu liberariorum praetermissum fuisse: nam ipse in arte ueteri & in multis aliis com-

memorat ad insinuationem pertinere et ponere rem pro re: & hominem pro homine. Res pro re: hoc modo. Pisi stratus ciuis primarius athenarum filiam habuit ciuis amorem adolescens quidam mirum in modum tenebatur: is oblata occasione loci & temporis puellam oscularus est: accusatus adolescens de pollutis cerimonis poterit aliquis orator uti hoc exordio illum defendendo. Si considerare uolumus: nulla iniuria: nullus animus: nulla cupiditas nocendi fecit ut hic adolescens filiam tuam oscularetur: ueque amor ipse improbissimus & propensissima in filiam tuam beniuolentia adolescentem hunc ad hoc facinus instigauit. Itaque amor ipsi non iniuria: hoc uicium debetis adscribere. Hominem pro homine: Turnus cum aenea in marchia pugnant succubuit turpe: si quidem erat hostem ab hoste ueniam impetrare idque non sibi sed patri suo iam aetate confecto exoptulari: qui audita filii morte illico interibit: atque ita inquit Dauni miserere senectae fuit & tibi talis genitor. Non placere nobis: quod a parte per insinuationem fieri non potest occulte seruetur: nam cum aperte dicamus rem ipsam attentum facimus auditorem: qui prius turpem causam abhorrebat: quoniam separat aliquid magnum aut nouum esse dicimus. Roscius restabat perimendus: syllani milites eius diuitias compararent: quem cum iuste ipsi interficere non possent: ad iudicium falso prouocarunt patricium eum accusantes: heu quid non mortalia pectora cogis: auri sacra fames: & item Salu. auaritia fidem: probitate: caetera quoque bonas artes subuertit: & illud pars maxima rerum certarum fecistis ope. Pro certo cum animo uoluo iudices beneficia patris in filium nihil in rebus humanis scelestius: nihil horribilius: nihil denique detestabilius uidetur quam patrem occidere: qui nos in lucem produxit: qui aluit: qui nutrit: & qui nos in reip. collocauit: quo quidem quanto & flagitiosius eo mihi minus credendum uidetur: quod cum non sit credibile: nec aures uestras adhibere debetis: nam & ipse patrem pietate fouebat ut defendere eum potius quam occidere uoluisset. Aut aliquorum iudicium de simili causa: hic locus dictus est comparatiuus. ostendit enim insinuationes per comparationes rerum fieri: quare uidetur orator hoc seruare debere: ut suam causam exponat: & per comparationem aliam applicet: per quod auditor qui prius turpitudinem causae abhorrebat maxime sit attentus: nam ipse fecit turpem materiam oppugnari debere: suspicatur oratorem alia spali oratione causam suscepisse. Itaque aut nouum per illam comparationem esse auditurum: ut si Cicero defendens milonem per comparationem afferat. Oratium quoque Sororem occidisse & saluum & absolutum fuisse hoc modo: quid est o iudices qui oratorem accusare: aut esse admirari debeat quod Milonem defendat: non Clodium ciuem romanum se occidisse confitentem: meministis. Oratium quoque qui sororem occiderat in matrum sui uiri amorem deplorantem in iudicium uocatum & ab eo crimine liberatum & absolutum fuisse. Aut de eadem: similis uidetur causa cum id scelus commissum est: sed eandem causam dicimus cum & idem scelus: & cum ob eandem causam commissum est: ut si duo eandem causa impellente hominem committerent ut hic est: si quisquam est qui dicat ligarium non esse defendendum o. C. Caesar abhorreret profecto ab humanitate tua: qui non recordantur te. M. Marcello Bruto & mihi oratori ueniam concessisse: & alios non nullos in patriam abste phumanitus esse susceptos.

quibus in re non possumus.
 de p tempore
 82.

Aut de minore: si orator defendens Roscium suspicionibus & coniecturis solis accusatum dicat maiores nostros uoluisse per suspensiones solas: & in re pecuniaria suam proferre. hoc modo accusatus est Roscius apud iudices & quidem falso quod patrem occiderit: & per suspensiones & coniecturas ad iudicium adductus: sed debetis recordari maiores nostros: quorum in omni re semper ualuit auctoritas noluisse aduersus quemquam esse furti qui coniecturis accusatus suam iudicis proferre. uos igitur Roscium falso suspicionibus: tamen accusatum in re criminali damnabitur. Aut de maiore

ad minus. s. ut si quis dicat Lucium Antonium non esse damnandum quod seruum suum per factiorem ad Pompeium fugientem occidit hoc modo: nonnulli sunt qui L. Antonium accusat: quod seruum suum ab itinere tractatum usque ad necem pulsauerit: sed hi mihi non uidentur recordari fuluuium eius filium catilinam castra sequentem occidisse & addidisse se filium suum patri non catilinam: non proditoribus genuisse Pedetentim. sensim paulatim. Et similitudinem conferimus: est iudicium aliorum per comparationem: assimilabimus hoc & ratiocinabimus hoc modo. cum igitur fuluius filium non uerberauerit sed occiderit pro prima: Sed Antonius non occiderit: sed tamen modo seruum pulsauerit nam ne debetis. L. Antonium ab soluere ab hoc leui crimine cum ille in tanto: ac tam immani scelere fuerit absolutus. Occulte dicemus. s. per occupationem colorem hoc modo si diceret Roscius molestum est mihi o iudices hoc crimen: cum ego filius pius patricidii sim accusatus: sed eo molestius est quod a Grosogano sceleratissimo seruo. & qui in cede hominum semper uersatus est huius criminis fratrum accusatus: cuius flagitia tacere institui: qui periculosum arbitror omnia declarare: quae de illo dici possunt: quia lingua non nunquam uocem dicentibus abstulit. Occulte dicemus: hoc est quod dixi. Persuasus fuerit: nihil aliud est esse persuasum quam dictis aduersariorum fidem habere. Itaque more uirgiliano se ipsum exposuit: ille enim ait Proditur: atque italis longe disjungimur oris. Fides haec apud oratores ponitur pro quadam firma opinione & credulitate: & a phis stoicis. non ut ait Cicero in officiis dicta est quae fiat: dicta est tunc promissorum obseruatio. Aduersarii dicuntur illi qui in eadem causa contra nos uersantur. Non facile: imo facile quae mediocriter eruditus scire poterit quibus rebus ut per uerisimilia testimonia hominum instrumentorum oraculorum & scripturarum. Fidem puta: reperit illud idem: si persuasus auditor fuerit: ne sit obscurus: nam minus longa parenthesis uidebatur. Insinuabimus: exordio occulto ueniamus ad causam. Firmissimum adiuumentum: hoc est si pollicemur nos dicturos contra illud argumentum: in quo aduersarius putat suam inesse uictoriam ex qua re attentio occulta innascitur auctoribusque apta fieri non poterat: quam re Lucanus in principio septimi libri egregie seruauit: hic dicit enim Cicerone apud Pompeium orasse pro plio faciendo: qui cum a strenuitate & propititudine militum arguisset tanquam ualidiori argumento ait modo ipsi sua signa reuellent proflientque acies: & paulo post uibrat tela manus uix signa morantia quae quam expectant propterea nec te tua classica linquant ferre senatus auct miles te magne sequatur an Comes Pompeius omittis aliis argumentis quae plurima erant huic ipsi tanquam ualidiori in hunc modum respondit. Si placet hoc inquit cunctis: si milite magno duce tempus eget nil ultra fata morabor. Fecit hoc idem ulyxes contra Aiace: cum de armis Achillis contenderent: hoc enim modo Ajax orauit quod patruelis fuit achillis a Peleo & thelamone fratribus. Si nulla ratio reliqua uos mouet iudices ut arma achillis mihi adiudicetis: saltem propinquitate & nobilitate moueamini: quia achillis patruelis sum: quid enim dignius est quam ea quae achillis erat patrueli suo adiudicari. Ulyxes autem tali argumento contra Aiace usus est: non ego esse dignum o iudices: ut quae affinis sunt propinquitati adiudicari debere. Sed si ita faciendum est: cur potius Peleo patri aut filio Pyrrho non ascribuntur. Nuperrime dixerit: hoc dicit: quia in fine & in principio ualidiora constituunt:

aut de eadem: aut de minori: aut de maiori proferemus, Deinde ad nostram causam pedetentim accedemus: & similitudinem conferemus. Item si negabimus nos de aduersariis aut de aliqua re eorum dicturos: & tamen occultae dicemus interiectione uerborum. Si persuasus auditor fuerit. i. si oratio aduersariorum auditoribus fidem fecerit: neque enim non facile scire poterimus: quoniam non sumus nescii quibus rebus fides fieri soleat. Ergo si fidem factam putabimus: his nos rebus insinuabimus ad causam. De eo quod aduersarii firmissimum sibi adiuumentum putauerint: primum nos dicturos pollicemur: aut ab aduersarii dicto exordiemur: & ab eo maxime quod ille nuperrime dixerit: aut

tanquam machinae in acie robustiores milites: nam ut distributione dicturus est: si in respondendo argumenta uilia ponentur auditor non esset attentus. Praeterea quoniam ea quae in fine memoratur firmiter ab auditoribus in memoria conseruantur: necesse est in ultimo loco ualida argumenta sint posita. tali igitur exemplo uti poterimus ex parte Aiace: nulla est res o iudices: quae magis animum militis moueat ad pericula subeunda quam premium expectatio quare si haec arma mihi tribuitis pro mercede meorum laborum mirum immodum militum animos ad labores quo

dubitatione utemur: quid potissimum dicamus: aut cui loco primum respondeamus cum admiratione. Si defessi erunt audiendo: ab aliqua re: quae rimum mouere possit: exordiemur ab apologo: a fabula uerisimili: imitatione: deprauatione: inuersione: abiguo: suspitione. irrisione: stulticia: exuperatione:

modo honos alit artes incenduntur quae ad studia gloria. Ex parte uero ulyxis hoc modo quoniam ab aia ce dictum est ex optatione premium animos militum magnopere ad labores incitari quoniam honos alit artes ostendam uobis quae sint merita quibus aios militum incendatis ut per ea intelligatis haec arma mihi potius quam aiace esse tribuenda. Dubitatione utemur cum adm.

secutura sit gloria uictoriaque in hac re de honore de auctoritate certe non possunt non admirari quod aiace tam infirmiter tam pueriliter tanquam nugatore rationes suas adduxerat tanquam perplexa argumenta omnia permiscuerit ut cui potissimum suorum argumentorum tanquam robustiori respondeam penitus ignorem. Si defessi erunt tanquam propter longitudinem orationis: quae propter dicendi turpitudinem Ritus est abilitas quaedam uultus ad significationem laetitiae. Apologus est sermo confictus ad moralitatem & uitae humanae instructionem: ut sunt Esopi signenta: nam cum aues omnes ut regem eligerent in unum conuenissent & pauo ornatio processisset decreuerunt eum cunctae tanquam pulchriorem eligere. sed cum interrogatus esset ut suam proferret suam quoniam rauce locutus fuerat ab conspectu auium abiectus est & aquilam: quae illius aemula fuerat sibi diligenter: poterit ergo hoc apologo uti hoc modo uideris oes iudices hunc aduersarium meum tanto nitore corporis & ornatu uestium in conspectum uestrum processisse tanquam in hac causa se principem esse. Sed quoniam rauce locutus est tanquam pauo ab conspectu uestro abiicietur. Fabula: est quae stat tota in fando hoc est quae potest esse uera & non uera ut sunt comediae tragediae ut si modo dicat. Video apud Terentium gnatonis officium esse introducat Trafonem & Thaidem: & faciat ut eius opera aliquando uti possit simul cum phedria. eodem modo necessarium est o iudices: ut beniuolentia nostra ut aures uestras clausit ut amplius audire uobis molestum uideatur. Verisimili imo. ut si quis alterius gestus imitetur. Depraua. deprauati dicuntur libri in quibus permutata sunt uocabula & textum oino corruptum habent: ut est apud Suetonium Claudius Tiberius Liberius Nero igitur uteris si quis dicat Claudius Biberius Mero. Item unus contenderat cum plinio: qui cum uocaretur herbosus a familia uerbosum eum magnum Plinius esse dicit. Inuersione: hoc fit duobus modis in sermone & in sententiis: in sermone hoc modo non est mirum: si hic aduersarius meus recreauit uos: quoniam habet bonas aures ad dicendum: & bonos oculos ad audiendum. In sententiis uero sic quae dicit non .M. T. se uidisse: sed traco Malium: & cum uellet. M. uarronis sententias dicere Varri Maronis sententias dixit. Ambiguum: hic puer tibi boues mortui cursitent ducendus est. i. pulsandus est. Itaque duo adiuuicem contendebat Monoculus. s. & Claudus qui cum se irrideret Claudus dicebat monoculo. Vellem equidem per tua hoc pacto ambigue loquebantur: nam in me beniuolentia ut alter est oculus & alterum heres eodem modo: & eacus cum uellet penitus significare se cecos esse & claudos uehementer cupere: & item hic inductus est ueste pellibus papagallium & de pellibus uulpium intelligat quae gallos rapere & comedere consueuerunt. Abiectione. s. litterarum ut non dixit optime sed optime & non poculis bibit. sed oculis. Suspitione: quidam litem in foro faciebant: cuius praesens rex appellabatur: aduersarius autem inquit: non est mirum si hic claris oculis orauit: quoniam habet praesens hominem triumphantem cum suspectum esset: an regem: an iure dixisset. Item hic sibi arrogat: quoniam habet praesens quae nunquam nisi festis diebus in terram spuit. Item ille filius est unius qui nunquam nisi cubito nasum mungit cum macellatorem esse intelligat. Irrisio: non est mirum si uos attentos fecit: & ipsum Iris impeditum qui semper ciceroni fabio studet & boetio. i. cicerus amat fabas & boues. Stultitia. s. aduersariorum. s. ut hic non est eligendus imperator: quoniam uisus est in foro cum corona uesci carum & in templo salustias habere pater praesens noster: & cum caudis uulpium per forum discurrere: & sciendum est quod stultitia refertur ad aduersarios non ad oratores. nam stultitias facit cum auctoritatem retinere debeat. Exuperatione: scilicet ueritatis graece hyperbole: ut non est mirum

si uos oēs persuasit: quoniam tanta eloquentia præditus est ut etiam arbores & saxa ad se trahere soleat: cum eum aliquando lapidatum fuisse & fustibus uerberatum intelligat. Collectione ut ad ueniens hodie bonum oē coepi quo spero uos sententiā pro me prolaturos: concurrerunt enī mihi obuiam fornarius meus piscatores: factores: Lanii. Litterarū mu. ut hic dat operam non ut legat: sed ut lingat. Item non est mirū si hic me in causa superat: quoniam non solum est legum lator sed etiam legum lator dico. Expectatione: oculos paulus moratos sustulit ad proceres: nam cum hoc dicunt paululū carent & cum quodā interuallo respondēt: ut et apud Ouid. in. xii. expectatoq; res soluit ora sono. Similitudine: nō est mirū si cū temeritate locus ē ad uersarius meus: quoniam putat se hic in conspectu uestro esse tanq̄ si mius inter anseres: nouitate debetis aures mihi præstare: quoniam audiui asinum cū tibicine silentium nobis imponentem. Historia ut de pectore gallia orator quidā fuit in curuus & Catonis aduersarius qui cum octauiano sæpenumero dixisset ut eum corrigeret si peccaret: respondit ei se non posse eum corrigere quoniam gallus esset: sed emendare posset. Versu orans cōtra galum hoc modo incipit fert hyemē nautis spumosa p æquora delphi. Interpellatione: interpellare est dicentem uel facientem impedire ut si quis loquentis aliquid more faciat uel numgeret nasum. Arrisione: arident illi qui risum ad aliquem conuertunt pro aliqua re: quasi ad aliquid ridef. Si promiserimus multa domi argumenta & rationes amplissimas excogitaueram. Sed cum uideam uos admodū defatigatos dabo operam ut q̄ breuissime potero rationes meas absoluam non eodē modo uideo reliquos nullam rationem habere auditorū temporam nec dignitatis uestre q̄ dum orationes ostendunt potius aures uestras defatigant & obtundunt: ego uero res superfluas abscindam & necessarias solum soluam: principium tale debet esse: perite post regulas. Principii & insinuationis ostendit breuiter in q̄bus conueniant & in q̄bus disconueniant habent: statim sine ulla circuitione qd̄ cōtra insinuationē sit ubi omnino occulte dicunt. Apertis rationibus: contra insinuationem: per dissimulationem fiunt aut beniuolum: aut attentum: aut docilem. In hoc conueniunt quoniam insinuatione diem hæc eadem esse faciendā: sed in illo statim: & apertis rationibus. In hac autem occulte & per dissimulationem ut apud uirgi. Dauni miserere senectē fuit & tibi alis anchises genitor. nō enim decuisset & hostem inimicum capitalem pro se ipso æneæ supplicare & cuius uitæ insidias semp tetenderat. Notandum autem q̄ hos tres effectus coniunxit per coniunctionem disunctiuā. .i. aut ostendat non omnes necessarios esse: quoniam ex sola exordium perfecte constat potest ut apud uirgil. in georgi. Protinus aeri melis cælesta dona exequar: & in primo æne. at nunc horrentia Arma uirumq; cano: ex duobus tantum ut paulo post. Nunc te quando: docilis & attentus auditor efficitur. Commoditatem. i. ad effectum docilitatis & attentionis & beniuolentia: ex quibus orator commoditatem causæ consequitur: ut si qs oraret pro filio cicerōis qui sceleribus deditus ab ineunte ætate fuit hoc modo. Quāquam o iudices filius omni supplicio ob eius ingentia uicia dignissimus uideatur: tamen ciceroni patri consulendū est: qui doloribus conficeretur & magis quoniam ipse nullos dolores nulla pericula euitauit ut nostram remp. ab hostium manibus incolumē liberaret. Verum esse tres: ponit quandam conditionem exordiorum: quæ licet propria sit exordii tamen toti orationi conuenire potest. Vnde sciendum est q̄ hæc conuenientia & conditio propria communiter appellatur quoniam ita sibi conuenit: quod etiam aliis potest accommodari: Sed alio modo proprium dicimus quod ita uni conuenit quod nulli alii rei conuenire potest. Perpetuo: non usque ad finem causæ: sed a principio orationis: nam perpetuum dicimus: quod fit si ne intermissione ut ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Ut se perpetuo: ut in oratione

collatione/abiectione: litterarum mutatione. præterea expectatione: similitudine: nouitate: historia: uersu: aut ab alicuius interpellatione: aut arrisione. Si promiserimus aliter parati fuerimus nos esse dicturos: nos non eodem modo: ut cæteri soleant. uerba facturos: quid alii soleant quid nos facturi sumus breuiter exponemus. Inter insinuationem & principium hoc interest: quia principium eius modi debet esse: ut statim apertis rationibus q̄bus præscripsimus aut beniuolum: aut attentum: aut docilem faciamus auditorem. Itē insinuatione eius modi debet esse: ut occulte per dissimulationem eadē illa omnia conficiamus: ut ad eandem commoditatem in dicendi opere uenire possimus. Verū hæc tres utilitates tametsi in tota oratione sunt comparandæ:

Ciceronis sæpenumero seruatum uidemus quale illud uidete & reliqua: quoniam ad causam pertinet & item pro Archia poeta: & quoniam tam diligenter attenditis utar beneficio uestro. præterea in diuisionibus hæc solent plurimum seruari hoc modo & quoniam multas ad optimū imperatorem necessaria sunt per Pompeiū consideranda esse quattuor potissimū cognoscetis. Nunc ne quando: auditores ut diximus attentos facit & dociles in qua re imitari uidetur bonos agricolas qui priuq̄ semina terris commendent herbas malas: & sentes extirpant ne bona semina a malis radicibus suffocent: nec possint fructus meliores producere. In exordienda causa lenis tam ad sententias quam ad uocabula ut auditor non laboret: nam exordium est tamquam clavis in hostio per apud qd̄ intus later demonstratur: sed si obscure dicatur nihil de his quæ se

hoc est ut auditores sese perpetuo nobis attentos: dociles: beniuolos præbeant: tamen hoc per exordium causæ maxime comparandum est. Nunc quando uitioso exordio utamur: quæ uitia uitanda sunt docebo. In exordienda causa seruandum est: ut lenis sit sermo: ut usitata uerborum consuetudo: ut non apparata uideatur esse oratio.

De Vitijs Exordio.

uitiosum exordium est qd̄ in plures causas potest accommodari: quod uulgare dicitur. Itē uitiosum ē quo nihilominus aduersarius potest uti: quod cōmune appellatur. Itē illud quo aduersarius ex contrario potest uti. Item uitiosum est: qd̄

Locum idoneum: hæc omnia sunt ex parte aduersarii: ut hic quò Clodius potuit latere post se peculam quàm milo per latos campos & uacuos semper iter habuisset. Aut hoies ipsos facer: hoc modo iuuenis quidam armatus per siluam proficiscitur: quem sanex icuruus tremens & solo bacillo uestigia sustentans sua: audacissime aggressus est: nã hoc quidem senex facere: neque inuenis: patri ullo modo potuisset. Nihilomagus multo magis. Hæc omnia seruanda sunt. scilicet quæ de circustantiis dicta sunt. Fidem non potest facere. quale fuit de læna superius dictum: fides autem significat firmam opinionem: & item illud ouidii de thysbe: audacem faciebat amor: nam uerisimile non erat puellam uirginem tempore noctis oberrare: nisi amor maximus impulisset. De his rebus caute: quia si tabulæ & auctoritas alicuius interfuert plus ualeat quam cæteræ res: quod seruauit Ci. pro Archia. nã cum Gracchus negaret ipsum esse ciuem heraclia: quoniam ipse græcus est: & heraclia est ciuitas in italia siquidem relictus erat hæres & eam hæreditatem habere non poterat nisi ciuis fuisset. Cic. hoc modo a testibus probauit ad Lucullum summam religionem & fide præditus qui se non opinari sed scire: non audiuisse sed uidisse: non interfuisse: sed egisse causam dicit. Adhuc heracliaes ciues nobilissimi hoies huius iudicii causa cum madatis: & publico testimonio uenerunt quod huc ascriptum heracliaes dicit. Confligendum: autem contumeliam: & e uerbis militare: nã ita oratores in foro contumeliam solent: sicut in castris imperatores. Ad huc quæ dicta sunt tractata narratione cum suis regulis & omnibus requisitis subiicit quandam conuenientiam: & disconuenientiam cum cæteris scriptoribus græcis. Adhuc: hucusque: alias significat rursus. Constat: conuenire & cum maxima moderatione loquitur: non enim arroganter dicit si melius fecisset quam cæteri: sed dicit se cum aliis ferme cum omnibus conuenire. Si quidem cum illi materiam turpem habent generaliter dicebant ab eo quod displicet ad id quod placet confugiendum est. Ci. autem hoc non disconuenit neque negat hoc fieri non oportere: sed disconuenit in modo procedendi & tractandi regulas insinuationes. nam quod illi una regula complexi sunt ipse in tres partes diuisit: & unaquaque diligentissime persecutus est. Cum cæteris artis scrip. scilicet græcis ut fuit Socrates Aristoteles: Plato socrates & præcessores alii. nam ante Ciceronem nemo unquam scripserat latine de arte dicendi. Nisi quia: hæc est disconuenientia. Noua excogitamus: agitando inuenimus: noua autem: quoniam ad medium tractandi & procedendi quia illi breuiter ego copiosius de insinuatione tractaui. Plane certam: qua non falleremur. Exordiorum pluraliter dixit propter duo genera: scilicet aperta & insinuata. Nunc quod reliquum: id est quod restat. scilicet de reliquis partibus orationis. De rerum inuentione: iste de confirmatione & confutatione: & notandum quod eas solas appellat res. quæ certa argumenta: quoniam in eis constat tota uictoria & essentialis totus finis orationis siquidem est effectus earum & probatio ut superius dictum est: unde ipse paulo post dicturus est tota res uincendi ratioque persuadendi constat in confirmatione & confutatione. Disputandum: disputata dicimus diligenter & acute tractata & in quibus necessaria tantummodo collocata et abscissa superflua sunt. Consumitur. comprehenditur totum. Nihilominus industria: hoc dicit tantopere laborabo quo ad uidebitur mihi quod possis proficere in eloquentia: in qua re facit & beniuolum & attentum.

locum idoneum non fuisse: aut homines ipsos facere: aut pati non potuisse. Si uera res erit: nihilominus hæc omnia narrando conseruanda sunt: Nã scilicet ueritas nisi hæc seruata sint: fidem facere non potest. Sin erunt facta: eo magis conseruanda erunt. De his rebus caute conflegendum est: quibus in rebus tabulæ aut alicuius firma auctoritas uidebitur interfuisse. Adhuc quæ dicta sunt arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus: nisi quia de insinuationibus noua excogitauimus: quod eam nos soli præter cæteros in tria tempora diuisimus: ut plane certam uiam & perspicuam rationem exordiorum haberemus. Nunc quod reliquum est: quoniam de rerum inuentione disputandum est: in qua singulare consumitur oratoris officium: dabimus operam: ut nihilominus industria: quæ rei utilitas postulat: quæ uideamur: si prius pauca de causa diuisione dixerimus. ut se

De Diuisione Causarum: quæ est prima seu
nomen auctoritatis

d Diuisio causarum: petere addidit causas: ut separaret diuisionem oratoriam (quæ in causis ueris facta diuisionibus dialecticorum: quæ totum in species: & etiam a diuisione colorum: de qua in quattuor li. dicturus est. Diuisio carum: quæ separat conueniens ab inconuenienti. auditis iudices hunc petere pecuniã: ego uero fateor me accepisse: sed dico me reddidisse quod ille negat: & tunc sic diffinitur: diuisio est rerum & aduersarii propositionum cum quodam ordine collata expositio. Fructus autem eius est quod animus auditoris alienat & memoriam confirmat per optime: sed paruum habet ad probationem. Perorata narra. i. finita: nã & peroratio significat aliquando conclusionem & in hoc latenter demonstrat diuisionem tertium locum obtinere in oratione. Conueniat cum aduersario. Agamemnon relicta domi uxore clytemnestra ad troiam profectus erat: ea cum forte Orestes filius abesset cum ægisto cognato Agamemnonis concubuit quo admissio de morte uiri cogitare cepit: cum igitur domum reddisset occisus est regnauit itaque aliquot annos adulter cum clytemnestra: sed orestes cum peruenisset ad ætatem adultam matrem adulteram occidit: accusatur & ad iudicium productus est: poterit igitur accusator narrantis his rebus prædictis deligere id quod non potest negare accusatur modo id utile si

c Ausarum diuisio in duas partes distributa est. Primum perorata narratione debemus aperire quid nobis conueniat cum aduersariis. & quid in controuersis relinquatur: si ea quæ nobis utilia erunt conueniant hoc modo. Interfecta esse matrem ab Horestes: conuenit mihi cum aduersariis: iure fecerit & licuerit ne facere id est in controuersia. Item e contrario Agamemnonem esse clytemnestra occisum confitentur. cum id ita sit: me ulcisci parentem negant oportuisse. Deinde cum hoc fecerimus distributione uti debemus. Ea diuiditur in duas partes enumerationem: &

bi uideatur hoc modo ex parte accusatoris non negat Orestes o iudices se matrem occidisse suam: sed dicit id sibi licuisse: ego uero dico eum male fecisse quoniam contra pietatem est matrem suam occidere si quid est hoc conuenit cum utroque ne potest negare esse factum. Præterea utile est accusatori quoniam am offendit si pietatem quæ matrem occidit. Contra autem dixisset orestes a clytemnestra occisum esse preter seque illum esse ulctum quare dicit benefecisse ego uero nego esse factum. nam hoc noceret accusatori quoniam hoc utile est accusato Orestes cum pietas sit patrem ulcisci. Item ex contrario: ex parte Orestes hoc modo non negat aduersarii a clytemnestra patrem meum occisum fuisse: sed dicunt me patrem meum ulcisci non debuisse. Ego uero dico me iuste fecisse qui pietatem erga patrem seruauerim delegit quoque Orestes rem quam aduersarius non potest negare & sibi affert utilitatem contra autem dixisset dicunt aduersarii me matrem occidisse: ego uero nego id esse factum a me uerum dico me eam occidisse: ut patrem meum ab ea occisum ulciscerem: hoc enim tamen conueniat cum aduersariis tamen non affert orestis utilitatem quoniam contra pietatem est firmare se matrem occidisse.

Iure fecerit: secundum leges scriptas licuerit. scilicet ius diuinum. Agamemnonem: bene elegit uocabulum quod auditores semper gratum habuerant: & uenerabile siquidem plus pietatis habet quam si dixisset regem sicut apud troianos gratum erat Priami nomen magis quam regis: & ita loquitur ac si diceret clytemnestra occidit eum qui fuit nobis semper gratissimus & uenerabilis. A clytemnestra: ac si diceret quæ est tam scelerata & tam horribilis siquidem & in hoc indixit plus odii quam si dixisset reginam. Distributione uti: hæc est secunda pars diuisionis: in qua quidem dicendo.

Uti possemus: ostendit quod hæc secunda pars semper postponitur quando præcedit separatio conuenientis ab inconuenienti hoc est quando demonstrauimus quid conueniat: & disconueniat nobis cum aduersariis necessarium est ut sequatur hæc secunda pars: per quam ostendamus uerum esse id quod disconuenit: & ut probemus id quod negatur ab aduersariis hoc modo. Dico iudices a clytemnestra patrem meum esse occisum: quod etiam aduersarii confitentur: quare cum ego patrem meum ultus sim dicunt me male fecisse: ego autem tribus rationibus ostendam uobis me iuste fecisse: & item hoc non negat aduersarius meus se pecunias a me mutuo accepisse: sed dicit se mihi reddidisse: ego uero tribus rationibus ostendam eas non accepisse: sed si non procedit illa pars: quæ separat conueniens ab inconuenienti possumus uti simpliciter hac distributione hoc modo si ad hanc huius hominis conditionem explicandum ostendam uobis genus nobilitatem honores magistratus: in enumeratione. scilicet ostendendo per nomina numeralia: de quibus sumus dicturi ut primo dicam de gloria rei militaris: Secundo de fortuna: Tertio de auctoritate: postremo de uirtute.

Ajax postquā hystoria ē nota: de qua Sophocles tragediā fecit: sed tamen non prater rē erit eā summam attingere. Mortuo achille Ajax & Vlyxes arma deposcebant pro qua re cū ad iudices aduentū esset hita ab utroq; orōne disertiori adiudicata sūt: desperatus autē ajax agitante eū i fania i uicinā siluā profectus ē & armēta quaedā pulsabat pro iudices & ulyxes qbus iniuste tractatus ē) quam rē cū rescuisset doloī cōmorus se in eadē silua iteremita casu ulyxes interuenit & eius mortē cōmiseratus eduxit gladiū. Teucer fr̄ aiacis metuens ne p̄ dolorē se occideret subsecutum ē fr̄em & eodē momēto quo ulyxes gladiū i manu tenebat teucer superuenit nascitur igitur cōstitutio cōiecturalis qm̄ ulyxes negat factū. Rescire ē rē per infaniam audire incubuit se supiecit capulo i terrā fixo. Capitis accessit: ad iudiciū eū uocat ubi de capite agit. Ex eo constitutio posset fieri quæstio quam ipse i rhetorica facit. s. utru cōiecturalis sit præsentis tps uel futuri: ponit. n. triplicē eē & tā i præsentī & præterito & futuro tpe posse uersari: quq; negatur factū præses tēpus hoc mō. Scipio nūc cū carthaginēsis pugnata: nā multi dies elapsi sūt post q̄ a nobis cū exercitu discessis. Aliquis. n. posset dicere illū nō dum pugnare qm̄ a tēpestatibus remoratus esset qm̄ negatur præteritū tempus hoc mō occidisti aiacē ulyxes: nā offendi & gladiū sanguinolētū in manu tenere: & dicit ille: nō occidi: sed casū illū miseratus gladiū eduxi e uulnē: de futuro hoc mō. Si mitto siluā i egyptū discet: qm̄ illic uigent optima studia: negat aliquis imo non discet: nā uiri illi lasciui sunt & sceleribus oibus delectantur. Præterea ē notandū q̄ licet hæ tres constitutiones uidelicet cōiecturalis: iuridicialis & legitima uideantur tñmodo eē propria generis iuridicialis pp̄ exemplum positū tamē possūt uersari in oī genere cārum: i demonstratio hic n. eēt hūc in magistratū & bonus uir. Legitima cōstitutio: quæ in legibus & i legēdis rebus uersatur. In scripto: ex ipso textu uerborum. Et ex scriptis: ex sententiis: quæ secuntur ex textu: ac si diceret legitima constitutio sit qm̄ nascitur cōtrouersia ex re scripta quia unus considerat sniam alter uerba tñmodo: quæ est hoc. Missi sunt consultores ad appolinem per romanos quætere quis romanorum eēt proximo anno regnaturus: responsum est eū principem fore: qui prior m̄sem suā oscularetur. Multi uerba itelligentes ad genitricem osculādā se celeriter rapuere: contra quidem sniam itelligēs se collabi simulauit & terram cōem omnium m̄sem osculatus ē. Sex partes: quæ oēs appellantur legitimæ. Ambiguum: qm̄ textus uidetur habere plures snias hoc modo: tu dicis q̄ feci tibi iniuriam imo fer castigationem: uideamus ergo quid sit iniuria & quid castigatio. Translationē. citat sacerdos quidam ad iudices: is ire ad eos negat: quoniam clerici ciuilibus legibus non obligantur quinimo ad episcopum eundum eē. Voluntas scripto. i. snia latoris legū uel cuiusdā scribentis. Si lex sit: romani quodā tempore inopia laborabant ex qua multi sæpenumero de quoquebāt mercatores multi facti sunt: & cum tempestate deprehendebantur nauim relinquebant: & ita multæ naues periebant gubernatoribus uacue prouisū est a quodam per legem quæ in hunc modum dicitur quo in textu ipso apparet. Scapha: nauicula breuis quæ sequitur nauem onerariam: ut ei subministret. Casu & fortuito: hoc fortuito casu per endiā: m̄ sicut apud Virgilium. Paris libabat & auro: aut casu quantum ad homines: fortuito quantum ad fortunam & ad eos ipsos

148. Cōst. Cōiecturalis

De Legitima
distinguitur et uersatur
in tribus de quibus est
de lib. mag. 22. 1. 2. 2. 7.

Ajax in silua postquā rescuuit q̄ fecisset p̄ infaniam gladio incubuit. Vlyxes interuenit, occisū conspiciat: corpore telū cruentū educit. Teucer interuēit: ubi occisū fratrem: & inimicū fratris cū gladio cruentato uidet: capitis accessit. Hic qm̄ coniectura uerum quæritur de facto erit cōtrouersia: & ex eo constitutio causæ cōiecturalis nominatur. Legitima cōstitutio ē: cū ex scripto aut ex scriptis aliquid cōtrouersia nascitur. Ea diuidit in partes sex: scriptū & sniam: cōtrarias leges: ambiguum: diffinitionem: translationē: ratiocinationē. Ex scripto & snia nascitur: cōtrouersia cū uidet scriptoris uoluntas cū scripto ipso dissentire hoc modo. Si lex sit quæ iubeat eos qui pp̄ tēpestatē nauim relinquerint oīa perdere: eos nauim: cætera q; eē. si nauis conseruata sit: qui remanserunt in nauī: magnitudine tempestatē omnes perterriti nauim relinquerunt: & i scaphā conscenderūt præter unū ægrotum. Is propter morbum exire & fugere non potuit. Casu & fortuito nauis i portū icolumis d̄ lata ē. Illā ægrotus possidet. Nauī petit ille cuius

Constitutio legitima est. s. tam ex toto quā ex suis partibus. Ex contrariis legibus: more suo primo diffinit secūdo subiicit exemplū: tertio applicat ad cām. ex contrariis autem dixit de his quæ aut ita contrariæ sunt: q̄ non possunt simul stare: aut ita dissimiles quod una exuperat alteram & maior est. Lex iubet: hoc modo quicūq; tpe obsidionis non conscendit muros armatus ut patriā tueatur capite puniatur: & ita nemo carnes comedat tempore uerito permittit. possent etiam peregrini uenire in n̄sam ciuitatem ad habitandum ut tuta magis ab iniuria hostium cōseruetur: hoc

fuerat. Hæc constitutio legitima ē ex scripto & sententia. Ex contrariis legibus cōtrouersia constat: cum alia lex iubet aut permittit: alia uetat quidpiam fieri hoc modo: lex uetat eum qui de pecuniis repetundis damnatus sit in concione orationē habere. Altera lex iubet augurē in demortui locum qui petat in concione nominari. Augur quidam damnatus de pecuniis repetundis in demortui locum q̄ petat nominari. petitur ab eo multa: Cōstitutio hæc ē legitima ex cōtrariis legibus. Ex ambiguo cōtrouersia nascitur: cum res in unam sententiam scripta: duas: aut plures sententias significat hoc modo. Paterfamilias: cum filium hæredē testamēto faceret uasa argentea uxori legauit. Tullius hæredes meus Terentiæ uxori meæ. xxx. pondo uasorum argenteorum dato quæ uolet. Post mortem eius uasa præciosa & cælata magnifice illa petit. Tullius sequæ ipse uolet. xxx. pondo ei debere dicit. Cōstitutio legitima ex ambiguo. Ex diffinitione constat causa: cum in cōtrouersia ē quo nomine factum appellatur. ea ē huiusmodi. Cū

ambiguo: ambiguum enim est quod amphi & circum agitur: neq; ad certam sententiam dirigitur contingit enī sæpenumero oratori tractare de rebus ambiguis. Paterfamilias: hoc exemplum uidetur compositum ex græco & latino. nam illi dicunt ἡρακλῆος πατριάρχης & significat illum qui habet potestatem tam supra personas: quam supra diuitias: unde & Terentius inquit Vix mihi de cœdierum familia est. Hæredem: quem appellant iurisperiti legatarium: cum legata relinquantur: nam & legata dicimus hæreditatem & dicitur hæres: quoniam sit hæres in testamento & est ultima dispositio hominis: testamentum causa mortis facta de quo iurisperiti dicunt uoluntas hominis est deambulatoria usque ad mortem: quia possunt multa facere testamenta sed ultimum ualeat: quod tamen causa mortis est factum. Vxor: hæc terentia: cum esset pulsus. Cice. in exilium a Clodio male rem familiarem gubernabat: unde cum esset reuersus eam repudiatur: & ut inquit Aulus gellius nupsit saluicio inimicū Ciceronis. Pondo: indeclinabile est & significat libram. Quæ uolet: hic tangit ambiguum quoniam sublatus ē nominatiuus. Post mortem: bene post mortem: quia hæres non adit hæreditatem nisi mortuo testatore: nam licet aliquis testamentum fecerit: tamen non adit hæreditatem: quia ut diximus potest mutari & uoluntas hominis est deambulatoria usque ad mortem. Cælata: signis: impressa: græci emulare: eo quod in eis imprimantur imagines nos ab eis uocamus emblamato. Sic Virgilius Creterea signis impressum magnifice cum magnis impensis. Constitutio a toto ex ambiguo aperte eius diffinitionis legitima. Ex diffinitione: definitio. n. est oratio quæ declarat per essentia: quo nomine factum appellatur. hoc est cum cōtrouersia est: quo uocabulo res sit exponenda.

Lucius Saturnius tribunus plebis laturus ut primo nunciaret & promulgaret ut a consilibus & a populo toto confirmaretur. Lex enim est sanctio cum consensu totius populi approbata. Frumentariam legem laturus: cum esset magna caritudo Romae volebat per hanc legem diuidere frumenta publica in ritum: ut fauorem populi compararet. De semilibus & trientibus romani diuidebant omne totum in .xii. partes quarum singula dicebatur uncia & tot inuocabant as assis: quod quidem diuisum in duas partes faciebat duos semesses. si in tres dicebatur triens: unde nunc aut de semilibus. i. de medio quod uocatur semis.

Trientibus de quarta parte assis: quod constat ex .xii. uncis. Quæstor urbanus: præfectus ærarii ad diuisionem quæstoris: qui de sociis imperatoris in exercitu aliter. n. quæstor de iudex: qui præest iudiciis exercendis & maleficiis puniendis. Largitione tantum: largitio ut plurimum est uinosa: & ad malam partem magis dicta: unde largitionibus corruptos iudices dicimus: nam ad bonum dicimus munificentiam liberalitatem. Ferre cepit: inuito senatu. Collega eius: intercedere & ceteri prohibebant: una cum senatu. Detulit cirellam: oibus inuis qui tempore amabant in pupin in quibus leges condite erant: quas domi de cetera uenerat: bonis optimatibus potes scalas disticuit. Secius: ut lex aliter promulgaretur: & est compatiuum a secus quod habet primam breuem & compatiuum secius longam habet. Maiestatis: accusatur crimine maiestatis læsæ. est autem maiestas amplitudo & magnificentia in qua totius ciuitatis consistit. Minuere maiestatem: Cepio. n. dicebat maiestatem constare ex utilitate reip.

Saturnius uero dicitur quod consistit magistratibus: qui quotiens impediuntur facere officium suum. de maiestatis offendi. Ex translatione: hoc est ex transmutatione: uel loci uel temporis uel iudicis hoc appellatur etiam mutatiua: quia in ea non negatur factum: sed mutatur in aliam rem: aut tempus differendum: ut si quis a quo modum frumenti peteretur: se tempore autumnii non debere sed man. Accusationem: si dominus accusaretur a liberto & seruo iam manumisso: aut pronus a cliente: aut pater a filio cauent. n. leges ut quis istorum prædictos accusare. Aut iudices: ut si sacerdos ad ius prætorium uocatus fuerit dicat se iure prætoris non obligari sed episcopi. Reus dicitur ille cuius res geratur in controuersia siue nocere sit siue innocere: & item si miles accusatus ad prætorem dicat se non prætoris: sed censori militum obligatum esse. Alias tamen translationis rationis posuit. Ci. in rhetorica ueteri: ut puta de poena uelut si quis in carcerem correctus ostendat se carcere non esse dignum: sed poena tantum pecuniaria: quod quidem partes duabus rationibus in hoc libro uidetur prætermisisse: aut quia hæ partes quæ positæ sunt multas alias comprehendere possunt ut si dicimus iudicem mutandum intelligatur locus etiam esset & poenam esse mutandum: aut quia in hoc libro intendit. Cicero diffinire translationem per modum exempli: sed extra non omnia requirit: quæ sub eo comprehendendi possunt. Parte consti. posita diffinitione assignat quædam diuisionem tractandi iter grecos & romanos. ut appareat hanc translationem aliter a grecis & aliter a latinis tractari solere: illi. n. nullum ordinem habentes reip. gubernandæ & tractandi iuris confusam quandam rationem nullam de accusatoribus providentiam habebant: & ita inconsiderate accusabant: unde ferme sub eodem iudice res criminales & pecuniales tractabant: unde et hac translatione tam in iudiciis quam in iure civili differenter accusabant: romani uero aliter & aliter in iure tractando ab illis se habentes: & propter magnam diligentiam accusatorum a prætoribus habitam fieri translatio non poterat in re iudiciali.

Lucius Saturnius legem frumentariam de semilibus & trientibus laturus esset. Quintus Cepio quoque pro id temporis quæstor urbanus erat: docuit sententiam ærarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decreuit si eam legem ad populum ferat aduersus rempublicam uideri eum facere. Saturnius se cepit: collega intercedere: ille nihilominus cirellam detulit. Cepio: ut illum contra senatusconsultum intercedentibus collegis aduersus rempublicam uidit ferre: cum uiris bonis impetum fecit. potes disturbat: cistas deiecit. impedimento est quo secius feratur lex. accersitur Cepio maiestatis. Constitutio est legitima ex diffinitione: uocabulum enim diffinitur ipsum: cum quaeritur quid sit minuere maiestatem. Ex translatione controuersia nascitur: cum aut tempus differendum: aut accusatorem mutandum: aut iudices mutandos reus dicit. Hac parte constitutionis greci in iudiciis: nos in iure civili partumque utimur.

Hac parte bene appellat partem quam sub toto legitima continet. Greci in iudiciis: in rebus criminalibus. In iure civili in rebus pecuniariis: & in quibus agitur de ciue: ut si quis hæreditatem fratris peteret & alter dicat eam non ad fratrem: sed ad filium tantummodo pertinere. Iuris civilis sciã: si quidem omnes rationes: quibus possumus recte ius nostrum tractare in legibus positæ sunt: unde non est dubium iudiciale genus sine pericia legum commode exerceri posse. In iudiciis tamen: exceptio est: accidit tamen aliquando ut et latini in eo criminali transiitione uti possint: exemplum positum est in textu si quis peculatus accus.

In hac parte nos iuris civilis scientia iuuabit. In iudiciis tamen non nihil utimur: ut hoc modo. Si quis peculatus accusatur: quod uasa argentea publica de loco priuato dicatur sustulisse: possit dicere cum diffinitione sit usus: quid sit furtum: quod peculatus: secum furti agi non peculatus oportet. Hac partitio legitime constitutionis: his de causis raro uenit in iudicium: quod in priuata actione prætorie sunt exceptiones: & causa cadit: quod & non quædam modum oportet egerit: & in publicis questionibus cauetur legibus: ut ante si reo commodum si iudicium de accusatore fiat: utrum illi liceat accusare: necne?

furto non de peculatu: agi enim dicitur de qua agitur. i. litigatur in foro: unde actiones & actores uocantur. Erat autem maior poena si quis peculatum quam si furtum commiserit: quoniam tenebatur fur modo in duplo pecuniam reddere: sed peculatores capite puniebantur. Nec debet nos mouere quod hic dixerit diffinitione opus esse eo quod puremus inter eam & translationem nihil interesse. Verum diuersam: magnam inter se habent: nam in diffinitione uocabulum diffinimus: ut crimen penitus euitemus. hoc modo fecisti iniuriam filio pater: imo potius castigauit & nihil est contra ius: in translatione autem duæ diffinitiones sunt: quarum una maior est ut ambas diffinui: ut maiore crimine euitato minus incurramus. Furtum autem est interceptio rei alienæ inuito domino facta. Hac partitio legitime: quia supra dictum est translationem semper a grecis in re criminali: a latinis uero raro fieri: nunc ponit rationes: quia in priuata actione prætorie exceptiones sunt: hoc est priuata ratio: qua prætores qui erant auctores ius dicendi: suspendendi: liberandi: puniendi: & dimittendi: ut cunctis libitis esset dabant aliquas regulas quas seruarent accusatores in criminalibus rebus: quibus seruatis non erat opus translatione: ut puta dicebant quod genus personarum posset accusare & non accusare: ut liberi non serui nec liberi: pater non filius: patronus non eliens. Præterea docebat quo tempore & quo loco esset accusandum: quibus rebus ita instituti a deo consideratis omnibus rationibus ad accusationem descendebant: quia accusatus deferre crimen non poterat: & hæ rationes exceptione prætorie appellantur: nam exceptio dicitur causæ declinatio: & ratio per quam aliquis crimen euitat. Actioe priuata: in qua agitur controuersia ciuis ad ciuem personæ ad personam. nam in proditiõibus in patria in latrocinis: in adulteriis: in homicidiis: quod publicæ actiones sunt exceptiones prætorie non cadunt. Prætorie exceptiones: regule datæ a prætoribus de ratione accusandi. Prætores. n. sunt a quibus iura exercentur & suspēdunt. Unde ius civile prætorium siue honoratum appellat: ciuile de præ excellentia. A causa cadit: assignat secundam rationem: quæ est quod illi qui iuste accusabant & petebant expensas: totius puniebant: ideo ita instructi accusabant quod translatione opus non erat a causa. n. de cadere qui litem perdit & soluit expensas. Et in publicis questionibus: ois causa criminalis uersatur: aut in priuatis actionibus: & prætorie exceptiones adhibite sunt: aut est de publicis questionibus: & in his leges prætorie: ut si placet accusator diligenter indagare: si accusator posset accusare aut non accusare: quod in uerrinis demonstratum est. Inquisitum est. n. de Cicero. utrum esset dignus uel non quod accusaret. Cicero. uerris: quo facto: si dignus erat accusator: reus non poterat mutari accusatoris. Si commodum est si placet ut apud Terentium. dabitur argentum cum erit commodum. i. dilapidare utile non erat. Sequebatur. n. si accusator legitime constitutus esset: translationem fieri non posse ab aduersario.

Frater esset: hoc est quia seruus occiderat dominum suum: cuius domini ipse erat frater. Tabulas testamenti apperuerit: ergo clausae erant tabulae: quod pertinet ad solennitatem: quae fiebat in re-
 stamenti antiquis: siquidem uocabantur testamenta in scriptis tantum quoniam in eo includeba-
 tur uoluntas testatoribus sine testibus. Sed eo facto accersebantur testes qui confirmabant: & subscri-
 bebant se uidisse testamentum. Itaque claudebatur sigillabatur: hoc autem genus testamenti ab no-
 stra aetate aboleuit. Ea. n. quibus nostri utuntur: uocantur nuncupatiua: quoniam uocari testes co-
 firmant coram testatore uolunta-
 tem ipsius testatoris. Manumif-
 sus esset: ergo ciuis per rationem su-
 pradictam: itaque occidi non poterat.

Fortunam ut Cepio: Cepio ex-
 erciturum in quadam ualle collocaue-
 rat: qui per pluiuiam subitam & in-
 getem magna pars exercitus amis-
 sa est: accusatur apud tribunos ple-
 bis qui totius populi curam gereret
 hoc autem exemplum fortunae rationem
 diuersa etiam posset esse necessitu-
 dinis: quoniam coactus ea necessi-
 tate ab ea ualle per pluiuiam exire non
 poterat. Ad diem comitatus: lacedae-
 mone siue in sparta fiebat quoddam
 solemne sacrificium: ad quod cum mul-
 ti boues necessarii erant: negocium
 emendorum bonum mercatori cui-
 dam committitur: & dies reuersionis
 constitutus est: is propter increm-
 ta fluuiorum impeditus cum ad-
 dictum diem uenit non potuisset

accusatus est & ab eo multa poscebantur quae per eam tarditatem iram deorum aduersus populum
 & incommoda multa subsequuti sunt. Comitatus: ac si diceret professionis in patriam. Depre-
 catio: uehemens precatio: supplicatio. Et peccasse confitetur: in hoc apparet quid est per consti-
 tutiones coniectum. Consulto: in hoc differt a purgatione: in illa enim concedimus tantummodo
 factum ipsum: in hac autem & factum & consilium ipsius facti: hoc modo accusatus Brutus quod pro-
 peianas partes sicutus sit: & Caesari aduersatus: respondet se & peccasse: & dedita opera: & sponte
 & libenti animo id fecisse: in hac uero parte licet uideatur nullam constitutionem esse: quoniam
 omnia conceduntur: tamen posset inde oriri controuersia si diceret quod consulto persecutus sit Ca-
 sarem: ut uinceret fecit: ut libertatem defenseret. Hoc in iudicium: haec pars nunquam tracta-
 tur coram iudicibus hac potissimum causa: quoniam iudices iura administrantes apud romanos
 astringebantur iureiurando affirmare se confirmaturos omnes leges & instituta populi romani:
 iustitiamque ipsas seruaturas omni ratione permissa: ideo non secundum auctoritatem suam ab-
 soluere poterant: sed secundum argumenta & rationes allegatas ab ipsis litigatoribus dignis
 penis unumquemque afficiebant. Vsu uenire: contingere. Cuius multa qualia essent co-
 seruasse rem publicam. ductasse exercitus: uictorias multas contra hostes reportasse. In loco commu-
 ni: in sententia generali tanquam loco alicuius prouerbii accusetur mallius furti: qui capitolium
 a gallis senonibus liberauit: aut Cato maior de male sumpta pecunia quae carthaginem fecit tribu-
 tariam possemus hunc in modum uti loco communi non est alicuius iudicis: aut magistratus capere
 pernicem huius ciuis: qui sit tanta nobilitate praeditus totiens uictoriam ab hostibus reportauit:
 quaeque ingentia rei publicae beneficia contulisse negare ullo modo possemus. Per amplificationem: moue-
 do uel exponendo hoc modo: non recordamini iudices quot pericula pro re publica subiuerit: quantum
 sanguinem effunderit. Pristinis beneficiis. quae Brutus pompeianas partes securus fuerit & contra uolun-
 tatem tuam pugnauerit Caesar magnifice: tamen quia tam utilis ciuis rei publicae fuit: & tantus amator patriae se
 per exitum dignus tibi uideri debet: cui haec uenia concedatur. Nihil postulat: cum sciat se grauiter pe-
 casse contra imperium tuum non audeat ueniam abs te petere: uerum uestrae partes uident iudices ultro ei ueni-
 am tribuere: nec sine duntantus ciuis & tam praestans depereat. Quod autem dicit se non petere ueniam
 uidetur non uelle petere rem iniustam a iustis: quia iurati iudices sunt. Non conuenit: resumit id in
 quo non potest uersari hoc genus constitutionis & subiici apud quos magistratus tractari possit.

frater est antequam tabulas testamēti apuerit: cum
 is seruus testamento manumissus esset. **Necessi-
 tudine:** ut ille qui ad diem comitatus non uenit;
 quod eum aquae interclusisset. **Deprecatio** est cum
 & peccasse & consulto res fecisse confitetur: & tam
 postulat: ut sui misereatur. Hoc in iudicio non
 potest fieri usu uenire: nisi quando pro eo dicimus
 cuius multa recte facta esse constant: hoc modo.
 In loco communi per amplificationem iniicemus
 quod si hoc fecisse: tamen ei pro pristinis bene-
 ficiis ignosci conueniret. Verum nihil postu-
 lat ignosci. ergo in iudicium non uenit: sed aut

In senatum: qui potest & concedere & suspendere: & rescindere leges: ut libuerit sine auctori-
 te & confirmatione cuius nulla lex fieri potest. Solebant enim qui legem daturi erant primo eam
 ad senatum referre: ut confirmaretur: unde hoc dicebatur: uelitis iubetisque: quasi sine ipsis haec fieri
 non possit. In imperatorem: in quo est auctoritas totius populi significat autem imperator hoc in
 loco ductorem exercitus. nam cum C. scripsit hanc artem iuuenis admodum erat: neque Caesar occupaue-
 rat rem publicam a quo postea imperatores uocati sunt omnes caesares.

in senatum: aut ante imperatorem & in consilium ta-
 lis causa potest uenire. **Ex translatione criminis** ca-
 constat cum fecisse nos non negamus: sed aliorum
 peccatis coactos fecisse dicimus: ut Orestes cum se
 defendit in matrem confert crimen. **Ex remotioe**
criminis causa constat: cum a nobis non crimen:
 sed culpam ipsam amouemus: & uel in hominem
 transferimus: uel in rem quamquam conferimus. In
 hominem transferit: ut si accusetur is qui Publium Sul-
 pitium se fatetur occidisse: & id iussu consulum
 defendat. & eos dicat non modo imperasse: sed ra-
 tionem quoque ostendisse: quare id facere liceret. In
 rem confertur: ut si quis ex testamento quod fac-
 re iussus sit ex plebiscito uteretur. **Ex comparatione**
causa constat: cum dicitur necesse fuisse alterutrum facere:
 & id quod fecerimus latius fuisse facere. Ea huius-
 modi. Caius Pompeius cum a gallis obsideretur
 neque effugere ullo modo posset uenit cum hosti-
 um duabus in collocationem: ita discessit: ut

piam: res appellatur quaequid est praeterquam homo ut leges a plebiscita sunt quae prohibent multa fieri in
 ciuitate. P. Sulpitium: fuit hic seditionibus deditus: quem consules a littoribus interficere uoluerunt
 Rationem quoque duas rationes habet defensionis: uidelicet obedientiam littoris ad consules: quibus
 parere necesse est: & ipsam iustitiam quae uidetur concedere: ut seditionis homo possit licenter occidi
 quocumque. In rem si ex testamento: quidam moriens reliquit haereditatem amicum suum ea lege non
 prius adeat haereditatem quam ipse statuerit columnam in medio templo: & statuum ipsius sup-
 erimposuerit. Ex plebiscito utetur. quod prohibet in loco publico quicquam: quale templum est: &
 forum aedificari posse. Plebiscita autem a tribunis fiebant hoc modo. Conuocato. n. populo & sena-
 tu his uerbis utebantur: decreuimus ut nihil aedificet in publico. Sic uos uelitis: sic iubeatis. Ex
 comparatione & si diceret ex duobus extremis comparatis: utrum fuerit melius. Comparatio autem
 potest esse triplex: per magis: per minus: & per aequae. Alterutrum facere: uel arma uel equos
 traducere hostibus autem cum toto exercitu fame perire. Satius fuisse nihil est comparatio: quae
 dicit hanc alteram esse uel fuisse conditionem praestantiorum. Cum a gallis hic pugnat in liga-
 ria: quae dicitur gallia Cisalpina: uel Lombardia quae est citra lanuam: & illic deductus in angusti-
 as circumsedebatur ab hostibus. Obsidebatur: ita claudebatur undique: quod omnes aditus erant
 sibi occlusi hostes: dicuntur: unde dicantur hostes qui se uolunt adaequare. cum aduersario ab ho-
 stiendo dicti uel ostendo. Ita discessit modus breuiandae orationis. praetermissit enim ea per se quae
 quentia intelligi possunt. Tacet enim quae in utrumque ducem de conuentione dicta sunt.

translatione
 remotione
 comparatione

93

Crimis. Translatio.

remotio.

Comparatio.

Deprecatio.

Impedimenta: uasa & reliqua necessaria militibus ad usum cotidiūm: quæ alio uocabulo dicuntur sarcinæ. Accersitus. s. crimen posset autem oriri alia per eiusdem constitutionis quæ est ex diffinitione: quia posset populus se non defendisse: sed conseruasse maiestatem. Constitutiones: quantum ad genus & tres sunt ut dictum est. Quæ partes: ad species. Ostendisse: cum magna moderatione loquitur. Nunc quomodo: transitio ad res nouas coniungendæ aptissima hoc modo habentur tractatæ sunt omnes constitutiones & controuersia secundum diffinitiones & suas partes solum per degustationem quantum ad cognitionem: nunc autem tractandum est quomodo orator peritus debet procedere ad exercitationem harum constitutionū: per cognitionem cuius sciendum est quod in omni controuersia cōcurrunt quæque partes: uidelicet accusatio: defensio: ratio defensionis: ratio accusatoris: quæ uocatur firmamentum: uel ratio contra orationem: & iudicatio quæ conficitur ex iudicatione & collectione: ratione utriusque aduersarii ex eo ordine considerande sunt quomodo possumus: quod exemplo magis declarari potest a perito lectore. Quæ uia tractari id est ad exercitationem reduci. Ambobus: ab accusatore & defensore. Destinari præponi constitui animo consula: ad finem dirigi. Ratio confertur: hoc melius declarat quod dixit in causa destinari ac si diceret si prius ostendero ad quem finem ambo litigantes debeant dirigere argumenta sua. Constitutione reperta necessarium quidem est prius cognitionem habere constitutionis: quia diuersæ causæ diuersas requirunt rationes: nam & medicus ignorato morbo ægrotatis rationes medendi applicare non poterit. Statim ratio quæ rendera: scilicet a defensore: concessio criminis quærenda ratio est: quare iuste uel iniuste factum sit. Ratio quæ causam facit: quia in ea defensio continetur: sine qua defensione accusatus quamprimum ponitur: ideo ex ratione controuersia constat. Continet defensionem: ac si diceret supra ea fundata est controuersia: quæ sit defendendo. Docendi causa: uerbi gratia. Consistamus: scilicet superius iam incoata: & ab omnibus oratoribus diuulgata. Quidem esset: quia causa est quædam dictio & contradictio uel accusatio: uel depulsio criminis. Patrem meum occiderat. Ratio hæc sumpta est a pietate. & est lex defensoris: ea ratio est: scilicet quam proxime commemorauit. Inuenta ratione: scilicet ex parte defensoris. Firmamentum: scilicet ab accusatore: ut rationem defensoris quæ præcesserat destruat & infirmet: suam autem confirmet: unde uocatum est firmamentum ratio accusatoris: quia per eam confirmatur aduersa sub eodem uocabulo. igitur infirmatio & confirmatio diuersis respectibus continetur. ab aliis etiam dicitur contra rationem non abs te occidi oportuit ratio contra rationem. nam licet ipsa digna esset morte: tamen ipsa abs te non oportuit occidi. Indemnata: duæ rationes sūt. & quod ab ipso non debuit occidi: & quod a nemine occidi debet: nisi prius iudice cōdenatus sit. Pēdere: soluere.

los & proffus
quod in qd
seruans
ex parte
 impedimenta relinqueret: exercitum educeret satis esse dixit amittere impedimenta quam exercitū exercitum eduxit: impedimenta reliquit. accersit maiestatis. Quæ constitutiones & quæ constitutionum partes sint satis uideor ostendisse. Nūc quomodo eas & quæ uia tractari cōueniat demonstrandum est: si prius aperimus quid oporteat ab ambo bus in causa destinari: quo ratio omnis totius rationis conferatur. Constitutione igitur reperta statim quærenda ratio est. Ratio est quæ causam facit & continet defensionem: hoc modo: ut docendi cā in hac potissimum consistamus. Orestes cum fatetur se occidisse matrem: nisi attulerit facti rationem peruertit defensionem: ergo affert eam quæ nisi intercederet in causa quidem esset. Illa enim inquit a partem meum occiderat. Ergo ut ostendit ratio ea quæ continet defensionem: sine qua nec parua quidem dubitatio potest remorari dānatione. Inuenta ratione firmamentū quærendū est: id est quod accusationem continet & quod affertur contra rationem defensionis: de qua ante dictum est. Id con-

u. continens
lone sicut ubi colore
Ex quo non natus
 ad qua cas.
 quo ad qua rez
 troq; dicitur ad ca
 se de rone
 Ratio

se & ar
 emamentuz.

nona the

caz op partes et quada et qua
tractam conueniat.
 De ratione. q
 De firmamento
 De iudicatione
 De crimine

Ratione defensoris: ponit ex parte iudicis quid seruandum sit. Crimen non: participium est a uerbo passiuo græco: & significat iudicatum. Appellatur: zeugma est ab inferiori. Ea constituetur ex comparatione rationum accusatoris & aduersarii. Rectum ne fuerit: in hoc pendet iudicatio utrum ne recte an iniuste factum sit. Totius orationis. s. tam accusatoris: quam defensoris: In omnibus consili. ponit regulam generalem ad legitimam & iudicialē constitutionē. Præterquā in coniectu. facit exceptionē. Subest ratio: ac si diceret deficiente cā deficit effectus: nā ubi concessio non est: rō criminis esse non potest: neque firmamentū: quod est correlatiuū rationis. Quare ex intentione & inficiatione: hoc est ex accusatione & negatione: non autem ex rōe & firmamento: sicut in reliquis supradictis. Occidit ne: ac si diceret utrum Si plures generaliter: hoc perierit ad oēs constitutiones. Iudicationes quoque: ut in hac causa seruus maior missus: ut supra dictum est in controuersione quadā dominum occidit surum: a uilla reuersus frater occidit. eū: accusatur: cum autem se dicit occidisse & recte fecisse: quæ fratrem uindicauit: propter hoc non tamē romanum ciuem per legē portiam indemnatum occidi non oportuisse & ipse respondit hoc per ignorantiam esse factum: necessaria quoque erit altera iudicatio: utrum per ignorantiam quoque tantum scelus possit excusari. Itē quoque hoc inutile non erit: ut intelligamus hanc artē ad exercitationem accommodari oportere. Accusatus Milo cū dicit se occidisse Clodiu iuste: quoniam licet se ab hoste defendere. Oritur iudicatio utrum recte sit factum. Interea cū dicit se occidisse inimicū: oritur alia iudicatio. Operam breuiter: per necessariam tantū: de qua breuiter Horatius ait: quicquid præceperis esto breuis. In altero secundo. Deinceps: per ordinē. Nequa fatigatio: tangit ipse rationē: quæ scriptores diuidant scripta sua in uolumina: hoc est uolūtas scriptoris: qui more uiatoris frequenti intermissione leuatur: huiusque rei fructus memoria est: ut si quis allegat uelit: facilius per numerū librorū meminisse potest. Singlos: C. n. quaterniones mittebat: quos ipse breui spatio rōis lectitabat: quæ Tullius confcriberet. Magnitudini: difficultati: quoniam ante eū nemo latine scripserat. Occupa: sicut supra ait in proemio: Matura: cum diligētia festinabius: nāq; rē ex nimia precipitaturatiōe maturare non dē-

stuetur hoc modo: Cum usus fuerit Orestes rōe hoc pacto iure occidi: illa. n. patrem meum occiderat: utetur firmamento accusator hoc modo. Sed non abs te occidi: neque indemnata pœnas pendere oportuit. Ex ratione defensionis & ex firmamento accusatoris iudicii quæstio nascatur: oportet. quæ nos iudicationem: græci crimenenon appellant. Ea constituetur ex coniunctione firmamenti: & rationis defensione hoc modo. Cum dicat Orestes se patris ulciscendi causa matrem occidisse: rectum ne fuerit a filio sine iudicio Clytemnestrā occidi. Ergo hac ratione iudicationē reperire cōuenit. Reperta iudicatione omnem rationem: totius orationis eo conferri oportebit. In omnibus constitutionibus & partibus constitutionum hac uia iudicationes reperientur: præterquā in coniecturali constitutione. Nā in ea nec ratio quare fecerit queritur. fecisse enim negatur: nec firmamentū exquiritur: quoniam non subest ratio quare ex intentione & ex inficiatione iudicatio constituitur hoc modo: In tentio: occidisti Ajacem. Inficiatio: non occidi. Iudicatio: occidit ne: Rō oīs utriusque orationis: ut ante dictū est: ad hanc iudicationē conferenda est. Si plures erunt constitutiones. aut partes constitutionū: iudicationes quoque plures erunt in una cā: sed & omnes simili ratione reperientur. Sedulo dedimus operam: ut breuiter & dilucide quibus de rebus dicendū fuit diceremus. Nunquonia huius uolūnis magnitudo satis creuit: comodius est: altero libro de ceteris rebus deinceps exponere: nequa propter multitudinem litterarum possit aīum tuum defatigatio retardare. Sed si quo tardius hæc quæ studeat absoluentur: cū rerū magnitudini: tū nris quoque occupationibus assignare debemus. Verūtamen maturabimus: & quod de negotio diminutum fuerit ex æquabimus industria: ut per tuo in nos officio & nostro in te studio munus hoc accumulissime tua largiamur uoluntati.

De q. iudicium nascitur ex ratione defensionis et firmamento

Horatius

hora

evidentia clar
facilior acci
caz memoria fr

De rebus rebus
ut si quis allegat
uelit: facilius per numerū librorū
meminisse potest. Singlos: C. n. quaterniones
mittebat: quos ipse breui spatio rōis lectitabat: quæ Tullius
confcriberet. Magnitudini: difficultati: quoniam
ante eū nemo latine scripserat. Occupa: sicut supra ait
in proemio: Matura: cum diligētia festinabius: nāq; rē ex nimia precipitaturatiōe maturare non dē-

Occupabimus: cū
studium dubium fess
adhibebimus. A magister
dimis. q. rōna nate in
fratrua quadā nec
propterea nec proce
hao. neque dicitur in
romo dicitur.

et in q. d. rōna magis laborabimus: quoniam magis tardabimus: ut
habebimus: q. plus rōis occupabimus.

ceret: quo in loco me aspexi: aut teucer dixerit Vlyxi: audite corpus fratris contemplate. positum sit: inueni gladium tuum in corpore fratris infixum. Siquid infixum simile: ut uidi ceum: uestimentum uel contra: si accusatus dixisset in tortura se occidisse: & præterea negaret: cerer: ubi uidisti me: & quid inuenisti. Aut simili signo: si sanguis in manibus: uel in ueste confusus fuisse. Recentior: pro eo quod sequitur id quod præcedit. nam ponit receptiorem pro deesse: cato: cum tamen ex recentia sequatur lauitia tractum a carne. nam quanto magis recent est: tanto magis dolet. Ingeniosior: non est credendum quæstionibus: quoniam multi astuti sunt: qui se ad uoluntatem torquetis accomodant: & falsa consentunt: cum intelligant ea falsa iudici placere. Refellemus: ut si in quæstione propter dolore confessi essemus non uera poteri mus: deinde refellere ea per signa coniecturæ ut dicere ubi eum uiderit quæ hora: quibus auxiliis. Ab argumentis & signis: quæ habent tria tempora præteritum: præsens & futurum: quia distributa sunt in ea quæ sunt ante rem in re & post rem & hæc sunt athegna. Dicere oportebit: scilicet conducendo quibus auget suspitio: ut si aliquid dixisset suspitiosum si appuisset armatus ante rem si promississet aliquid contradictoribus. Non suspitiosum: uideri quoniam signa aserunt certitudinem rei & suspitio est incerta hoc modo: quia iudices cum Clodius semper oderit Milonem & magnam causam eius mortis haberet propter assecuta comoda & periculi euitationes. præterea cum sit uisus armatus cum seruis: dixissetque ante se post paucos dies a magno periculo euasum dubitatis Clodium debita opera aggressum esse milonem. Signis: ut occasione temporis loci spacii. Argumentis: aut ubi & cum quo uisus quod dixit. Testes corrupti: credendum est argumētis o iudices & non testibus: quoniam testes multis rationibus corrupti possunt. Signa autem ita ut gesta sunt omnia declarant. Præcio uel similtate: quia ut aliquis offenderet inimicum suum testificauerunt contra eum. significat enim similtas ipsum odium. Et ceteras suspitiones quæ sunt in constitutione coniecturali. Non suspitionibus: indignum ego arbitror o iudices si gnis credi potius quam testibus: quoniam nemo est tam integer: tam uir sanctus qui non per coniecturas criminari possit cum & utilitates: & occasiones & commoda: & cetera signa sibi æque & aliis euenire possent. Attenuabimus: dicunt aduersarii uenisse Clodium armatum cum seruis: non ne scitis ea loca semper fuisse suspecta & a latronibus frequenta: & per quæ sine magno comitatu satis tuto transire non potuisse. præterea dicunt eum uisum fuisse ante fundum suum: non nego iudices: sed ipsi non considerant eum nuper a uilla exiuisse: nec ultra adhuc processisse cum illi supera uerunt. Conuenire cum Saturnius quoque ibidem armatus uisus sit: poterit igitur & ipse in hanc suspitionem denotari: & item dicit teucer quod ego occidi aiacem ob utilitatem: igitur etiam menelaus & alii uicini: ad quos eadem utilitas & occasiones ueniebant occidere potuissent. Sine testibus: ac si diceret sine illis qui dicant se uidisse: aut affuisse. Firmamenti: crudelitatis & fidei.

& siquid eēt simile quod uideri: aut aliquo signo simili percipi possit. deinde dolori credi non oportere: quod alius alio sit recentior in dolor: quod ingeniosior ad comminiscendum: quod denique sæpe scire aut suspicari possit: quid quesitor uelit audire quod cum dixerit intelligat sibi finem doloris futurum: Hæc disputatio comprobabitur: si refellemus quæ in quæstionibus dicta erunt probabili argumentatione. idque partibus coniecturæ: quas ante exposuimus: facere oportebit. Ab argumētis & signis & cæteris locis quibus augetur suspitio: dicitur hoc modo conuenit. Cum multa concurrant argumenta & signa quæ inter se consentiant rem perspicuam: non suspitiosam uideri oportet. Item plus oportere signis & argumētis credi quam testibus: hæc enim eo modo exponi quo modo re uera sunt gesta: testes corrumpi posse uel præcio: uel gratia: uel metu: uel similtate. Contra argumēta & signa & ceteras suspitioes dicemus hoc modo. si demonstrabimus nullam rem esse quæ non suspitioibus quiuis possit criminari. deinde unamquamque suspitionem extenuabimus: & dabimus operam: ut ostendamus nihil magis in nos eam quam in alium quem primam conuenire. indignum facimus esse sine testibus coniecturam & suspitionem firmamenti satis habere.

